

SIEBELIS - STANGE

TIROCINIUM POETICUM



THE
UNIVERSITY
OF CHICAGO
LIBRARY

TIROCINIVM POETICVM

ERSTES LESEBUCH AUS LATEINISCHEN DICHTERN

ZUSAMMENGESTELLT UND MIT KURZEN
ERLÄUTERUNGEN VERSEHEN VON

DR. JOHANNES SIEBELIS

WEIL. PROFESSOR AM GYMNASIUM ZU HILDBURGHAUSEN

ZWANZIGSTE AUFLAGE

BESORGT VON

OBERSTUDIENRAT DR. OTTO STANGE

REKTOR DES GYMNASIUMS ZUM HEILIGEN KREUZ IN DRESDEN



VERLAG VON B. G. TEUBNER · LEIPZIG UND BERLIN 1917

ALLE RECHTE,
EINSCHLIESSLICH DES ÜBERSETZUNGSRECHTS, VORBEHALTEN

Druck von B. G. Teubner, Dresden

Vorwort zur neunzehnten Auflage

Der Umfang des Buches, das in der achtzehnten Auflage um die Vorlagen zur Bildung daktylischer Verse und um die Abschnitte III 32—34 erweitert, dafür aber um mehrere Stücke aus Ovid und Phaedrus gekürzt worden war, ist nicht weiter verändert worden. Auch der Text ist in der Hauptsache so geblieben, wie er war; dagegen sind die Anmerkungen wieder genau durchgesehen und an vielen Stellen anders gefaßt worden. Die in der achtzehnten Auflage zu den neu eingefügten Stücken beigegebenen Vokabeln konnten mit Rücksicht auf die 1907 erschienene zwölfte Auflage von Schaubachs Wörterbuch wieder beiseite gelassen werden.

Mit Dank habe ich einige Verbesserungsvorschläge verwertet, die mir teils von meinem um die Durchsicht der Korrektur treu verdienten Freunde Prof. Dr. B. Schilling, teils von anderen Amtsgenossen in lebenswürdiger Weise zur Verfügung gestellt worden sind. Ich würde mich freuen, wenn meine Arbeit auch weiterhin so auf wertvolle, auf Erfahrungen im Klassenunterricht beruhende Unterstützung rechnen könnte.

Dresden, im September 1910.

O. Stange.

Vorwort zur zwanzigsten Auflage

Zu größeren Änderungen schien diesmal weder im Texte noch in den Anmerkungen Anlaß vorzuliegen, wenn auch die Lesarten der einschlägigen Schriftsteller aufs neue verglichen und die Erläuterungen sorgfältig überprüft worden sind.

Daß ich auch im II. und III. Buche bisweilen noch Quantitätszeichen angewandt habe, wird gewiß nicht befremden in einer Zeit, die für die Quantitätslehre meist nur wenig, für metrische Übungen in der Regel gar keine Stunden übrig hat.

Für freundliche Ratschläge zur Verbesserung des Buches, besonders für solche, die auf Erfahrungen im Klassenunterrichte beruhen, werde ich immer dankbar sein.

Dresden, im September 1916.

O. Stange.

Inhaltsverzeichnis

Allgemeine Bemerkungen (A. B.)	Seite VI
--	-------------

Erstes Buch

Daktylische Verse

Vorbemerkungen	1
1. Einzelne Hexameter	2
2. Sittensprüche aus Dionysius Cato	5
3. Stellen aus verschiedenen Dichtern	6
4. Disticha	9
5. Vorlagen zur Bildung daktylischer Verse	16

Zweites Buch

Iambische Senare (Trimeter)

Vorbemerkungen	19
1. Einzelne Sentenzen	20
2. Wolf und Lamm. Phaedrus I 1	21
3. Die hochmütige Dohle. Ph. I 3	22
4. Der Hund mit dem Fleische. Ph. I 4	22
5. Kuh, Ziege, Schaf und Löwe. Ph. I 5	23
6. Wolf und Kranich. Ph. I 8	23
7. Der Hirsch an der Quelle. Ph. I 12	23
8. Rabe und Fuchs. Ph. I 13.	24
9. Der alte Löwe, der Eber, der Stier und der Esel. Ph. I 21	24
10. Frosch und Ochse. Ph. I 24	25
11. Katze, Adler und Wildschwein. Ph. II 4	25
12. Der Hirsch im Rinderstalle. Ph. II 8	26
13. Wolf und Hund. Ph. III 7	27
14. Der Fuchs und die Traube. Ph. IV 3	28
15. Pferd und Eber. Ph. IV 4	28
16. Fuchs und Bock. Ph. IV 9	29
17. Die Fehler der Menschen. Ph. IV 10	29
18. Die Wanderer und der Räuber. Ph. V 2	30
19. <i>Omnia mecum porto mea.</i> Ph. IV 22	30
20. Der Possenreißer und der Bauer. Ph. V 5	31

Drittes Buch

Größere Abschnitte aus Ovid

	Seite
1. Macht der Zeit. <i>Tristia</i> IV 6, 1ff.	33
2. Der Frühling. <i>Fasti</i> I 149ff.	33
3. Die Jahreszeiten und die Lebensalter. <i>Met.</i> XV 199ff.	34
4. Skythischer Winter. <i>Tristia</i> III 20, 9ff.	35
5. Freuden des Landlebens. <i>Remed.</i> 169ff.	36
6. <i>Vulgus amicitias utilitate proba'</i> . <i>Ex Ponto</i> II 3, 7ff.	37
7. Gewinn über alles. <i>Fasti</i> I 193ff.	38
8. Arion. <i>Fasti</i> II 83ff.	39
9. Bacchus findet den Honig. <i>Fasti</i> III 727ff.	40
10. Orestes und Pylades. <i>Ex Ponto</i> III 2, 43ff.	42
11. Busiris und Phalaris. <i>Ars</i> I 647ff. <i>Tristia</i> III 11, 41ff.	44
12. Ceres und Proserpina. <i>Fasti</i> IV 419ff.	45
13. Das goldene Zeitalter. <i>Met.</i> I 89ff.	52
14. Ceres verwandelt einen Knaben in eine Eidechse. <i>Met.</i> V 438ff.	53
15. Battus. <i>Met.</i> II 680ff.	54
16. Icarus. <i>Met.</i> VIII 183ff.	55
17. Philemon und Baucis. <i>Met.</i> VIII 618ff.	57
18. Midas. <i>Met.</i> XI 87ff.	61
19. Cacus. <i>Fasti</i> I 543ff.	65
20. Rettung des Romulus und Remus. <i>Fasti</i> II 383ff.	67
21. Die Vogelschau. Gründung Roms. Tod des Remus. <i>Fasti</i> IV 809ff.	68
22. Der Raub der Sabinerinnen. <i>Fasti</i> III 179ff.	70
23. Apotheose des Romulus. <i>Fasti</i> II 491ff.	72
24. Überlistung von Gabii. <i>Fasti</i> II 687ff.	73
25. Klugheit des Brutus. <i>Fasti</i> II 711ff.	74
26. Edle Häuslichkeit der Lucretia. <i>Fasti</i> II 721ff.	74
27. Die Fabier. <i>Fasti</i> II 195ff.	76
28. Ein Volksfest. <i>Fasti</i> III 523ff.	78
29. Das Fest der Ceres. <i>Fasti</i> IV 393ff.	78
30. Das Totenfest. <i>Fasti</i> II 533ff.	79
31. Der Seesturm. <i>Tristia</i> I 2, 1f. 19ff.	80
32. Abschied von Rom. <i>Tristia</i> I 3.	82
33. Der kranke Dichter und seine Gattin. <i>Tristia</i> III 3	85
34. Aus Ovids Leben. <i>Tristia</i> IV 10	89

Anhang

Versus memoriales	94
-----------------------------	----

Allgemeine Bemerkungen (A. B.)

über einige Punkte, in denen die Dichtersprache von der prosaischen Ausdrucksweise abweicht.

1. Bei Wörtern, deren gen. sing. in Prosa auf *-ius* ausgeht, wird das *i* dieser Endung häufig gekürzt: *alterius*, *illius*, *unius*.
2. Das *i* der Endung *it* im Perfektum der Komposita von *ire* wird oft als lang gebraucht: *rediit* u. a.; ebenso das *i* der Endungen *-is*, *-imus*, *-itis* im coniunct. perf. und im fut. exact.: *videris* u. a.
3. Häufig findet sich bei den Dichtern der Pluralis, wo im Deutschen der Singularis genügt. Den Anlaß dazu mögen Wörter gegeben haben, bei denen die Form des Singularis für den Vers entweder gar nicht oder doch weniger leicht zu verwenden war, als die des Pluralis, z. B. *Capitolia*, *vocabula* u. ä.; von da aus ging der Brauch aber auch auf solche Wörter über, die nicht unter diese Bedingungen fielen, z. B. *pectora*, *nomina* u. ä.
4. Der Akkusativ der Beziehung (*accus. limitationis*) dient bei den römischen Dichtern oft dazu, den Teil zu bezeichnen, betreffs dessen etwas ausgesagt werden soll, und zwar besonders häufig bei einem passivischen Partizipium: *stellatus corpora* u. ä.
5. Oft steht der bloße Ablativ, wo in Prosa eine Präposition nicht zu entbehren wäre, zur Bezeichnung des Ortes auf die Frage wo? oder des Ursprungs auf die Frage woher? *medio mari* = in m. mari; *qua urbe* = ex qua urbe u. ä.

Erstes Buch.

Daktylische Verse.

Vorbemerkungen.

Der zur Bildung daktylischer Verse dienende Versfuß, der Daktylus, besteht aus einer betonten langen und zwei unbetonten kurzen Silben: $\underline{\text{L}} \text{UU}$

Der (daktylische) Hexameter, dh. Sechsfüßler, besteht aus 5 vollständigen Daktylen und einem um die letzte Silbe verkürzten Daktylus ($\underline{\text{L}} \text{U}$), an dessen Stelle auch ein Spondäus ($\underline{\text{L}} \text{L}$) treten kann. Ebenso können die ersten 4 Daktylen dieser Reihe mit Spondeen vertauscht werden, da eine lange Silbe dem Zeitmaße nach zwei kurzen gleichkommt. Nur im fünften Fuße wird in der Regel der Daktylus beibehalten. Hieraus ergibt sich folgende Grundform für den Hexameter:

$\underline{\text{L}} \text{UU} \mid \underline{\text{L}} \text{UU} \mid \underline{\text{L}} \text{UU} \mid \underline{\text{L}} \text{UU} \mid \underline{\text{L}} \text{UU} \mid \underline{\text{L}} \text{U}$

Der betonte Teil eines Fußes heißt Hebung (Arsis), der unbetonte Senkung (Thësis). Seinen regelmäßigen Einschnitt (Zäsur) oder Ruhepunkt hat der Hexameter nach der Hebung des dritten Fußes (Penthemimërës) oder aber nach der Hebung des zweiten und zugleich nach der des vierten (Trithemimerës + Hephthemimerës); vergleiche:

Dóneç eris sospés, | múltós numerábis amícos

und: *Quidquid agís, | prudénter agís | et réspice finem!*

Wortakzent und Versakzent, dh. die Betonung der Wörter, wie sie in Prosa üblich ist, und die Betonung, die der Vers verlangt, stimmen nicht immer überein. Am häufigsten fallen Wort- und Versakzent zusammen im 5. und 6., am seltensten im 2. und 3. Fuße.

Wenn ein Wort auf einen Vokal endet und das nächste mit einem Vokal oder *h* beginnt, so entsteht ein Hiätus, dh. ein Klaffen. Da ein solcher Hiatus übel klingt, so vermied man ihn durch Elision (Ausstoßung), dh. man unterdrückte beim Sprechen den Endvokal des ersten Wortes. So ist in Vers 4 *sana[~]in* fast wie *san' in*, Vers 6 *Divitiisne[~]homines* fast wie *Divitiisn' homines* zu lesen. Ist das zweite Wort *est*, so verliert dieses seinen Vokal, während die vorausgehende Silbe unverändert bleibt; oft werden auch in der Schrift beide Wörter zusammengezogen, wie Vs. 29 *morast* = *mora est*, Vs. 4 *Orandumst*

= *Orandum est*. Eine Interpunktion hindert die Elision nicht, vgl. Vs. 71.

Elision tritt auch ein, wenn das erstere Wort auf *m* endet, da auslautendes *m* nur sehr leise gesprochen wurde. So ist Vs. 71 *hominum o* fast wie *homin' o* zu lesen. In den ersten 35 Versen ist die Elision durch das Zeichen \sim , bei *est* aber durch Anfügung von *st* an das vorhergehende Wort angedeutet.

Die Wortstellung ist in Versen eine sehr freie; so würde in Vs. 1 die natürliche Wortstellung der Prosa diese sein: *Superi mortalia oculis iustis aspiciunt*.

1. Einzelne Hexameter.

- 1 *Áspiciúnt oculís superí mortália iústis.*
 - 2 *Ést deus ín nobís, et súnt commércia cáeli.*
 - 3 *Néscia méns hominúm fatí sortisque futúrae.*
 - 4 *Orandúmst, ut sít mens sána \sim in córpore sáno.*
 - 5 *Síncerúmst nisi vás, quodécúmque \sim infúndis, acéscit.*
 - 6 *Dívitíisne \sim hominés an súnt virtúte beáti?*
 - 7 *Vílius árgentúmst auró, virtútibus aúrum.*
 - 8 *Ípsa quidém virtús sibimét pulchérissima mérces.*
 - 9 *Cónscia méns rectí famæ mendácia rídet.*
 - 10 *Cónsciús ípse sibí de sé putat ómnia díci.*
 - 11 *Ómnia deficiánt, animús tamen ómnia víncit.*
 - 12 *Sémper honós noménque tuúm laudésque manébunt.*
-
- 13 *Intendás animum studiís et rebus honéstis!*
 - 14 *Sedulús ánte diem librúm cum lumine póscas!*
 - 15 *Cur nescire pudens pravé quam discere mávis?*
 - 16 *Dimidiúm facti, qui cóepit, habet; sapere \sim aúde!*
 - 17 *Ut desínt vires, tamen ést laudanda volúntas.*
 - 18 *Sed fugit ínterea, fugit irrepairabile témpus.*
 - 19 *Tempora lábuntur, tacítisque senescimus ánnis.*
 - 20 *O mihi præteritos referát si Iuppiter ánnos!*
-
- 21 *Dum licet, in rebús iucundis vive beatus!*
 - 22 *Ne pereánt, lége máne rosás; cito labitur aetas.*

1, 1. *superi* = di. — 2. *comm. caeli* 'Verbindungen mit . . .' — 3. *Nescia, est.* — 7. *aurum* (*vilius est*) *virtutibus.* — 8. *quidem* dient oft nur dazu, das vorhergehende Wort stärker hervorzuheben; *sibimet*, verstärktes *sibi*; *merces*, est. — 9. Ordne: *mens recti conscia.* — 10. *Consciús sibi* 'wer sich (einer Schuld) bewußt ist'. — 11. *deficiant* (nos), *coniunct. concess.* 'mag immerhin . . .' — 12. *honós*

ältere Form f. *honór*; *laudes* cig. Lobsprüche, hier 'Ruhm'.

13. *studiis* = in *studia.* — 14. *ante diem* = ante *solis ortum.* — 15. *pudens prave* 'aus falscher Scham'. — 17. *Ut* mit *coniunct. concess.* 'gesetzt daß'. — 19. *tacitis annis*, *abl. abs.*, etwa 'im schweigenden Laufe der Jahre'. — 20. Verbinde *o si*.

22. *pereant*, *rosae*; *légē* hat nichts mit *lex*, *légis*, *mānē* nichts mit

- 23 Vivere naturá te convenienter oportet.
 24 Attenuant iuvenúm vigilatae corpora noctes.
 25 O formose puér, nimium ne crede colori!
 26 Quod licet, ingrátumst; quod non licet, acrius urit.
 27 Nitimur in vetitúm semper cupimusque negata.
 28 Quo mihi fortunám, si non conceditur uti?
 29 Longa morast nobís omnis, quae gaudia differt.
 30 Gaudia principiúm nostri sunt saepe doloris.
 31 Sperne voluptatés; nocet empta dolore voluptas.
 32 Frigidus (o puerí, fugite hinc!) latet anguis in herba.
 33 Tempora ne culpés, cum sis tibi causa doloris.
 34 Vivere si recté nescis, decede peritis!
 35 Tum tua res agitúr, paries cum proximus ardet.

- 36 Oderúnt peccare boní virtutis amore.
 37 Multi nil rectúm, nisi quod placuit sibi, ducunt.
 38 Fallit nos vitiúm specie virtutis et umbrá.
 39 Dum vitant stultí vitia, in contraria currunt.
 40 Turpius eicitúr quam non admittitur hospes.
 41 Quae nocitura tenés, quamvis sint cara, relinque!
 42 Est modus in rebús, sunt certi denique fines.
 43 Quidquid agís, prudenter agás et respice finem!
 44 Quidquid in occultó est, in aprícum proferet aetas.
 45 Heu, quam difficile ést crimen non prodere vultu!
 46 Maxima pars hominúm morbo iactatur eodem.
 47 Morbida facta pecús totum corrumpit ovile.
 48 Nil ego contulerím iucundo sanus amico.

- 49 Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.
 50 Quod satis ést, cui contingit, nil amplius optat.

mānēre zu tun! *cito* hat bei den klassischen Dichtern immer ö. — 23. Verb. *convenienter naturae*. — 24. *vigilatae* 'durchwachte'. — 25. *nimium ne crede* = ne nimis credideris; *colori*, deiner Wangen. — 26. *ingratumst*, wenigstens manchen Menschen; *urit* 'reizt'. — 28. *Quo mihi* mit Akk. 'wozu mir?' Zu ergänzen etwa *deus dedit*; *uti*, eā. — 29. *Longa*, im D. 'zu lang'. — 33. *ne culpes* = ne culpaveris; *sis*, im D. füge 'selbst' ein. — 34. *decede* 'räume den Platz'; *peritis*, näml. recte vivendi. — 35. *agitur* 'es handelt sich um'.

36. *peccare*, im D. das Subst. — 37. *nil* = nihil; *sibi* weist auf *multi* zurück; *ducunt* = putant. — 38. Verb. *specie et umbrā* ('Schattenbild') *virtutis*. — 40. *Turpius eicitur*,

übersetze, als ob dastünde: *Turpius est, si eicitur*; *eicitur* schrieb man, sprach aber *eicitur*; ebenso *abicit*, *adicit* usw. — 41. *nocitura* 'das dir schaden würde'; *tenes* = possides; *quamvis* 'wenn auch noch so'. — 42. *modus* 'Maß'. — 44. *aetas* = tempus. — 45. *crimen* h. 'Schuld'. — 46. *morbo* in sittl. Beziehung. — 48. *contulerim* 'möchte ich vergleichen', conjunct. potentialis; *sanus* 'wenn ich klug bin'.

49. *Omne tulit punctum* 'allgemeinen Beifall gewinnt', eig. alle Stimmen hat davongetragen: beim Zählen der Stimmtäfelchen bezeichnete man die Zahl der für jemand abgegebenen Stimmen durch Punkte auf einer Tafel. — 50. Ordne: (is) *cui* (einsilbig, wie auch *huic*) *contin-*

- 51 Divitiae grandes homini sunt vivere parcē.
 52 Imperat aut servit collecta pecunia cuique.
 53 Cena brevis iuvat et prope rivum somnus in herba.
 54 Latrantem stomachum bene lenit cum sale panis.
 55 Non opibus mentes hominum curaeque levantur.
 56 Cantabit vacuus coram latrone viator.
 57 Naturam certe mutare pecunia nescit.
 58 Naturam expelles furcā, tamen usque recurret.
 59 Caelum, non animum mutant, qui trans mare currunt.
 60 Est aliquid patriis vicinum finibus esse.
 61 Tempus in agrorum cultu consumere dulce est.

- 62 Principibús placuisse virís non ultima laus est.
 63 Cede repugnanti; cedendo victor abibis.
 64 Non timet is mortem, qui scit contemnere vitam.
 65 Tu ne cede malis, sed contra audentior ito!
 66 Durate et vosmet rebus servate secundis!
 67 Flebile principium melior fortuna sequetur.
 68 Recta fides comitum poterit mala nostra levare.
 69 Hectora quis nosset, felix si Troia fuisset?
 70 Oderunt hilarem tristes tristemque iocosi.
 71 O curas hominum! o quantum est in rebus inane!
 72 Nititur ad laudem virtus interrita clivo.

- 73 Conveniens homini est hominem servare voluptas.
 74 Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis.
 75 Si potes, ignotis etiam prodesse memento!
 76 Invidus alterius macrescit rebus opimis.
 77 Ne tibi quid desit, quaesitis utere parcē!
 78 Corruptus iudex male verum examinat omnis.
 79 Irretit muscas, transmittit aranea vespas.
 80 Virtutém primam esse putá compescere linguam!
 81 Quod semel emissum est, volat irrevocabile verbum.

gūt, quod satis est. — 51. *vivere parcē* ist Subj. — 52. Verb. *imperat cuique.* — 54. *lenit* 'beschwichtigt'. — 56. *vacuus*, dh. mit leerem Beutel. — 57. *nescire* u. *scire* (Vs. 64) c. inf. ist in Prosa selten. — 58. *expelles* = etiamsi expelles. — 59. *Caelum* 'den Himmelsstrich'. — 60. *Est aliquid* 'es ist etwas wert'.

62. *Principibus* 'den hervorragendsten'. — 63. Denke an unser Sprichwort 'Der Klügere gibt nach'! — 65. *ne cede* = noli cedere od. ne cesseris; *contra Adv.*, zu *ito.* — 66. *vosmet*, verstärktes vos; *rebus secundis*

ist Dat., 'für . . .' — 68. *Recta fides* 'die echte Treue'. — 69. *Hectora* griech. Akkusativform für *Hectorem*; *nosset* = novisset. — 70. *Oderunt*, wollen nichts zu tun haben mit . . ., 'meiden'. — 71. *in rebus* 'im Leben'. — 72. *clivo*, im D. Ortsangabe.

73. Ordne: *servare hominem est voluptas homini conveniens.* — 75. *memento* c. inf. 'sei darauf bedacht'. — 76. Zu *alterius* s. A. B. 1; *rebus* 'Besitz'. — 77. *quaesitis* 'das Erworbene'. — 78. Ordne: *omnis corr. iudex male examinat verum.* — 79. *Irretit*, Subj. *aranea.* — 81. Verb. *ver-*

- 82 *Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur.*
 83 *Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.*
 84 *Multi rixantur de lana saepe caprina.*

- 85 *Intonuere poli et crebris micat ignibus aether.*
 86 *Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.*
 87 *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.*
 88 *At tuba terribili sonitu 'taratantara' dixit.*
 89 *Illi inter sese magna vi brachia tollunt.*
 90 *Unus homo nobis cunctando restituit rem.*

2. Sittensprüche aus Dionysius Cato.

- 1 *Cum quis te laudat, iudex tuus esse memento:
 Plus aliis de te, quam tu tibi credere noli!*
 2 *Noli homines blandos nimium sermone probare:
 Fistula dulce canit, volucrum dum decipit auceps.*
 3 *Cum recte vivis, ne cures verba malorum:
 Arbitrii non est nostri, quid quisque loquatur.*
 4 *Multorum disce exemplo, quae facta sequaris,
 Quae fugias: vita est nobis aliena magistra.*
 5 *Cum quid peccaris, castiga te ipse subinde:
 Vulnere dum sanas, dolor est medicina doloris.*
 6 *Iratus de re incerta contendere noli:
 Impedit ira animum, ne possit cernere verum.*
 7 *Litis praeteritae noli maledicta referre:
 Post inimicitias iram meminisse malorum est.*
 8 *Vincere cum possis, interdum cede sodali,
 Obsequio quoniam dulces retinentur amici.*

bum, quod . . . — 82. *tribuenda*, est.
 — 84. *lana caprina*, dh. etwas, was
 es gar nicht gibt.

Die Verse 85—90 sind beachtens-
 wert wegen der darin angewandten
 Lautmalerei (Onomatopöie).

85. *poli* = caelum; *intouare* h.
 'vom Donnerwiderhallen'. — 87. *qua-*
drupedans sonitus ist das Getrappel
 des mit allen vierten stampfenden
 Rosses; *putrem* 'so daß es (mürbe
 wird od.) stäubt'. — 89. *Illi*, die
 schmiedenden Zyklopen. — 90. *Unus*
homo, Q. Fabius Maximus Cuncta-
 tor; bei *homo* wurde die Endsilbe in
 älterer Zeit lang, später meist kurz
 gemessen; *rem* = rem publicam.

2. Unter dem Namen des *Diony-*
sius Cato ist uns eine Sammlung von

Spruchgedichten aus dem 3.—4.
 Jh. nChr. überliefert, die während
 des ganzen Mittelalters in hohem
 Ansehen stand.

1. *Cum* 'wenn'; ebenso in Vs. 3
 u. 5; *tuus* 'dein eigener'; *memento*
 wie 1, 75.

2. Ordne: *Noli nimium* (= *nimis*)
probare ('Gefallen finden an . . .')
homines sermone blandos. — Zu *dulce*
 füge im D. ein Subst.

3. *ne cures* wie 1, 33. — *Arbitrii*
non est nostri 'es hängt nicht von
 uns ab', wörtlich?

4. Verb. *vita aliena* (= *aliorum*).

5. *dolor est medicina doloris*, wie
 bei einem chirurgischen Eingriff.

7. *referre* 'wiederholen', entweder
 anderen od. sich selbst.

8. *cum* 'wenn auch'.

- 9 Corporis exigui vires contemnere noli:
 Consilio pollet, cui vim natura negavit.
- 10 Quod potes, id tempta; nam litus carpere remis
 Tutius est multo, quam velum tendere in altum.
- 11 Quod nimium est, fugito; parvo gaudere memento:
 Tuta mage est puppis, modico quae flumine fertur.
- 12 Utere quaesitis opibus, fuge nomen avari:
 Quid tibi divitiae prosunt, si pauper abundas?
- 13 Despice divitias, si vis animo esse beatus:
 Quas qui suspiciunt, mendicant semper, avari.
- 14 Infantem nudum cum te natura crearit,
 Paupertatis onus patienter ferre memento!
- 15 Rebus in adversis animum submittere noli;
 Spem retine: spes una hominem nec morte relinquit.
- 16 Tranquillis rebus, quae sunt adversa, caveto:
 Rursus in adversis melius sperare memento!
- 17 Cum dubia et fragilis sit nobis vita tributa,
 In morte alterius spem tu tibi ponere noli!
- 18 Tempora longa tibi noli promittere vitae:
 Quocumque ingrederis, sequitur mors corporis umbra.

3. Stellen aus verschiedenen Dichtern.

- 1 Qui studet optatam cursu contingere metam,
 Multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit.
- 2 Ira furor brevis est: animum rege; qui nisi paret,
 Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catenā!
- 3 Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
 Si modo culturae patientem commodet aurem.
- 4 Cuncta prius temptanda, sed immedicabile vulnus
 Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.
- 5 Maxima debetur puero reverentia; siquid
 Turpe paras, ne tu pueri contempseris annos,

10. *litus carpere remis* 'an der Küste hin rudern', wörtlich? — *velum tendere* für: *passis velis navigare*; *in altum* (mare) 'auf die hohe See hinaus'.

11. *parvo* = *parvā re.* — Verb. *mage* (alte Form st. *magis*) *tuta*; *puppis* = *navis*, der Teil für das Ganze.

12. *si pauper abundas*, dh. wenn du bei deinem Überflusse doch arm bist; eigentlich?

13. *Quas* = *nam eas*; ordne: *nam avari, qui eas suspiciunt, mendicant semper.*

15. *submittere* 'sinken lassen'. — *nec* 'auch nicht'.

16. *Tranquillis rebus*, abl. abs.. 'bei ruhigem Geschehe'; *quae sunt adversa*, im D. ein Wort.

17. Zu *alterius* s. A. B. 1.

18. *umbra*, dh. so unvermeidlich wie der Sch.

3, 1. *meta*, eine Spitzsäule am Ende der Rennbahn, h. 'das Ziel'. — *tulit* usw., im D. 'muß ertragen usw. haben'; *puer* '(schon) als K.'

2. *animus* h. 'die Leidenschaft'; *qui* = *is enim*.

4. *temptanda*, sunt; *sincera* = *integra*; *trahere* h. 'mit (ins Verderben) ziehen, anstecken'.

5. *reverentia* 'Rücksicht'. — *siquid*,

- Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
 Nil dictu foedum visuque haec limina tangat,
 Intra quae puer est.
- 6 Qui non defendit, qui absentem rodit amicum,
 Fingere qui non visa potest, commissa tacere
 Qui nequit, hic niger est, hunc tu, Romane, caveto!
- 7 Percontatorem fugito: nam garrulus idem est,
 Nec retinent patulae commissa fideliter aures,
 Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
- 8 Crede mihi, immensa est finemque potentia caeli
 Non habet, et, quidquid superi voluere, peractum est.
- 9 Permittes ipsis expendere numinibus, quid
 Conveniat nobis rebusque sit utile nostris;
 Nam pro iucundis aptissima quaeque dabunt di.
- 10 Stat sua cuique dies, breve et irreparabile tempus
 Omnibus est vitae; sed famam extendere factis,
 Hoc virtutis opus.
- 11 Omnem crede diem tibi diluxisse supremum;
 Grata superveniet, quae non sperabitur, hora.
- 12 Ultima semper
 Expectanda dies homini, dicique beatus
 Ante obitum nemo supremaque funera debet.
- 13 [Nam] genus et proavos et quae non fecimus ipsi,
 Vix ea nostra voco.
- 14 Non domus et fundus, non aeris acervus et auri
 Aegroto domini deduxit corpore febres,
 Non animo curas. Valeat possessor oportet,
 Si comportatis rebus bene cogitat uti.
- 15 Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil
 Divitiae poterunt regales addere maius.

die Alten verbanden *si* häufig mit *quis* zu einem Worte. — *paras* 'vorhand'; *ne contempseris*, conjunct. prohibitivus. — *peccaturo tibi* 'wenn du im Begriffe bist zu sündigen'. — Zu *limina* s. A. B. 3.

6. Verb. *qui non defendit abs. amicum, qui (eum) rodit*. — *non visa* 'Nichtgesehenes'. — *niger*, von Charakter: Ggs. *candidus*.

7. Verb. *fideliter retinent*.

8. *peractum est* 'ist (so gut wie) geschehen, vollbracht'.

9. *Permittes*, das Fut. hat hier imperativische Kraft: ebenso unten 24 *repetes*. — *res* h. 'Verhältnisse, Lage'. — *pro* 'statt'; *aptissima quaeque* 'allemal das Angemessenste'.

10. *Stat* 'steht fest', *sua dies* 'sein bestimmter (Todes)tag': beachte auch das Genus! — *Hoc, est*.

11. *dilucescere* (vom Tage) 'anbrechen, erscheinen'; *supremum* 'als der letzte'. — *Grata superveniet*, dh. sie wird sich als angenehme Zugabe einstellen.

12. *suprema* 'das schließliche', am Schlusse des irdischen Daseins; zu *funera* s. A. B. 3.

13. *facere* h. 'schaffen'.

14. *deduxit*, im D. füge 'jemals' hinzu; zu *corpore* u. *animo* s. A. B. 5. — Der Konj. bei *oportet* findet sich auch in Prosa nicht selten statt der Infinitivkonstruktion.

15. Ordne: *si ventri, si lateri pedibusque tuis bene est* ('gut geht').

- 16 Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis,
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum.
- 17 Quae laedunt oculum, festinas demere; siquid
Est animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui coepit, habet; sapere aude!
Incipe! Qui recte vivendi prorogat horam,
Rusticus exspectat, dum defluat annis; at ille
Labitur et labetur in omne volubilis aevum.
- 18 Pronaque cum spectent animalia cetera terram,
Os homini sublime dedit caelumque tueri
Iussit et erectos ad sidera tollere vultus.
- 19 Editus in lucem iacuit sine viribus infans;
Mox quadrupes rituque tulit sua membra ferarum,
Paulatimque tremens et nondum poplite firmo
Constitit adiutis aliquo conamine nervis.
Inde valens veloxque fuit spatiumque iuventae
Transit, et emeritis mediis quoque temporis annis
Labitur occiduae per iter declive senectae.
- 20 Cuncta fluunt: nihil est toto, quod perstet, in orbe;
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen: neque enim consistere flumen
Nec levis hora potest; sed ut unda impellitur unda
Urgeturque eadem veniens urgetque priorem,
Tempora sic fugiunt pariter pariterque sequuntur.
- 21 Parva sit exemplo magni formica laboris:
Ore trahit, quodcumque potest, atque addit acervo,
Quem struit haud ignara ac non incauta futuri.
- 22 O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.

16. M'. *Curius Dentatus* unterwarf die Samniten 290 und besiegte den König *Pyrrhus* bei Benevent 275 vChr. — *C. Fabricius Luscinius*, 280 vChr. zu *Pyrrhus* nach Tarent gesandt, ein Muster alter Sitteneinfalt und strenger Rechtlichkeit.

17. *laedunt*, indem es mißfällt, also 'beleidigt'. — *Est* = *edit* 'verzehrt, aufreißt'. — *Rusticus*, dh. wie jener Bauer in der Fabel, der sich am Flusse hinsetzte, um zu warten, bis dieser vorübergeflossen wäre.

18. *Os* h. 'Antlitz'; *dedit*, näml. der Schöpfer. — Zu *vultus* s. A. B. 3.

19. *Editus in lucem*, dh. nach der Geburt. — *tulit* = *movit*; verb. *quadrupes rituque ferarum*. — *conamen* h. Hilfsmittel beim Aufstehen,

'Stütze'. — *spatium*, Akk. — *emeritis*, das Bild ist vom Soldaten entlehnt, der seine Zeit ausgedient hat; *medium tempus* ist die zwischen Jugend und Greisenalter liegende Zeit, also das Mannesalter. — *per* h. 'hin-ab', eig. entlang.

20. *fluunt*, verfließt, 'vergeht'; *in orbe*, terrarum. — *ac* h. 'als'. — *eadem* im D. Adv. 'zugleich'.

21. Ordno: *parva form. sit* ('diene') *exemplo magni laboris* ('Arbeitsfähigkeit'). — *futuri* gehört auch zu *ignara*.

22. Verb. *o agricolas nimium* (= *nimis*) *fortunatos!* — *norint* = *noverint*. — *ipsa* = *suâ sponte*; *procul* mit nachfolg. Abl. 'fern von . . .' — *facilis*, der leicht zu gewinnen

- His *secura quies et nescia fallere vita,*
Dives opum variarum; his latis otia fundis,
Speluncae vivique lacus; his frigida Tempe
Mugitusque boum mollesque sub arbore somni.
- 23 *Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem*
Fronde super viridi; sunt nobis mitia poma,
Castaneae molles et pressi copia lactis;
Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Maioresque cadunt altis de montibus umbrae.
- 24 *Forte per angustam tenuis vulpecula rimam*
Repserat in cumeram frumenti, pastaque rursus
Ire foras pleno tendebat corpore — frustra.
Cui mustela procul 'Si vis' ait 'effugere istinc,
Macra cavum repetes artum, quem macra subisti.'

4. Disticha.

Das Distichon (dh. Doppelvers) entsteht durch die Verbindung eines Hexameters mit einem Pentameter.

Der Pentameter (Fünffüßler) zerfällt in zwei gleiche Hälften, deren jede aus zwei und einem halben Fuße besteht und drei Hebungen hat; doch unterscheiden sich diese Hälften in zwei Punkten: 1. nur die Daktylen der ersten Hälfte dürfen mit Spondeen vertauscht werden; 2. der halbe Fuß der ersten Vershälfte ist immer eine lange Silbe, der der zweiten kann (als Schlußsilbe) kurz oder lang sein. Die Grundform des Pentameters ist demnach folgende:

$$\underline{\text{—}}\underline{\text{—}}\underline{\text{—}} \mid \underline{\text{—}}\underline{\text{—}}\underline{\text{—}} \mid \underline{\text{—}} \parallel \underline{\text{—}}\underline{\text{—}}\underline{\text{—}} \mid \underline{\text{—}}\underline{\text{—}}\underline{\text{—}} \mid \underline{\text{—}}$$

Die Zäsur in der Mitte des Verses, also nach der dritten Hebung, ist hier allein möglich, aber auch notwendig.

- 1 *Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,*
Pectora móllescúnt ásperitásque fugít.

ist. 'müheles'; *iustissima*, weil sie das Anvertraute mit Zinsen zurückgibt. — *His*, erg. est od. sunt; *nescia fallere* dichterisch st. *nescia fallendi*. — *dives* mit Gen., wie *plenus* u. ä.; zu *latis fundis* s. A. B. 5: der Ausdruck erinnert an die röm. Latifundienwirtschaft; *otia* (A. B. 3) 'Ruhe, Frieden', im Ggs. zu der Unruhe der Stadt. — *vivi* h. 'natürliche' im Ggs. zu künstlichen; *Tempē* (neutr. plur.) eig. ein reizendes Tal in Thessalien zwischen Olymp und Ossa, dann jedes schöne und schattige Tal. — *molles somni*, etwa 'Gelegenheiten zu sanftem Schlummer'.

23. Einladung aufs Land. *Hic*, Adv. — *super*, dh. auf einem Lager von . . . — *lac pressum* ist frischer Käse. — *culmina* 'die Firste', wo sich der Rauchfang befand; sie rauchen von der Zubereitung der Abendmahlzeit.

24. *pasta* 'nachdem es sich satt gefressen'. — *Cui*: das pron. rel. zu Anfang eines Satzes vertritt oft ein pron. demonstr. mit Bindewort (sog. relativer Anschluß). — *repetes*, Fut. mit imperativischem Sinn; *cavus* (näml. locus) als Subst. 'Loch'.

4, 1. *artes ingenuae*, wir 'Kunst'.

- 2 Impatiens animus nec adhuc tractabilis arte
Réspuit áttque odió vérba monéntis habét.
- 3 Si tibi difficilis formam natura negavit,
Íngenió formáe dámma repénde tuá!
- 4 Singula quid referam? Nil non mortale tenemus
Péctoris éxceptís íngeniúque bonís.
- 5 Acer et ad palmae per se cursurus honores,
Sí tamen hórterís, fórtius íbit equús.
- 6 Vivax non parvas animo dat gloria vires,
Ét fecúnda facit péctora laúdis amór.
- 7 Si te deficient vires, audacia certe
Laús erit; ín magnís ét volúisse sat ést.
- 8 Fac properes, nec te venturas differ in horas;
Quí non ést hodié, crás minus áptus erít.
- 9 Quam cito purpureos deperdit terra colores,
Quám cito fórmósás pópulus álba comás!
Quam iacet, infirmae venére ubi fata senectae,
Quí prius Éléó est cárcere missus, equús!
Vidi iam iuvenem, premeret cum senior aetas,
Márentém stultós præteriísse diés.
- 10 Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus,
Ut capiant vitiúm, ní moveantur, aquae.
- 11 Fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
Nil nisi cum spinís grámen habebit ager.
Tempore qui longo steterit, male curret et inter
Carceribus missós últimus ibit equus.
Haud secus ingenium longa robigine laesum
Torpet et est multó, quám fuit ante, minus.

und Wissenschaft'. — *Pectora* 'die Herzen'; ähnl. unten 4. *Pectoris*.

2. *nec adhuc* = et nondum; *tractabilis arte* 'empänglich für ...', wörtlich? — *odio* (Dat.) *habet* = odit; das Obj. gehört zu beiden Verben.

3. *difficilis* h. 'eigensinnig'; *formam* 'Schönheit'. — *repénde* h. 'wäge auf'.

4. *non mortale* 'Unvergänglichliches'.

5. *Acer*, das Subj. ist hier und öfter im Pentam. zu suchen; *cursurus*, das Fut. des Part. übers. mit 'bereit, willig zu . . .'; *per se* = sua sponte; *ad palmae honores* 'um den Siegespreis' im Wettkampfe. — *tamen* ziehe im D. zum Hauptsatze.

7. *in magnis*, rebus; *et* 'auch'.

8. *Fac* dient zur Verstärkung des coniunct. adhort.; *nec* steht zu-

weilen für neve; *differ te* 'vertröste dich'. — Ordne: *qui hodie aptus non est, cras minus erit*.

9. *pópulus alba*, wie nennen wir sie? — *iacet* 'liegt verachtet', Subj.? — *carcer* 'die Schranke' in der Rennbahn; *Éléo* st. Olympio, denn Olympia lag in Elis. We en des Abl. s. A. B. 5. — *iuvenem* 'Mann'. — *stultos*, als törichte, 'unbenutzt'.

10. *otia* h. 'Müßiggang'. — *capiant vitium*, im D. ein Wort.

11. *cum spinis gramen* = gramen et spinas. — *Tempore longo*, Abl. auf die Frage: innerhalb welcher Zeit? — Verb. *equus, qui steterit*, u. nachher *inter* (eques) *carcere* (A. B. 5) *missos*. Im D. ist das zweite Fut. als schwerfällige Form zu meiden und durch das (Präs. od.) Perf. (od. das erste Fut.) zu ersetzen. — *robigine laesum*: rast' ich, so rost' ich!

- 12 Dum vires annique sinunt, tolerate labores!
Iam veniet tacitó cúrva senecta pede.
- 13 Venturae memores iam nunc estote senectae:
Sic nullum vobís témpus abibit iners.
Nec, quae praeteriit, iterum revocabitur unda,
Nec, quae praeteriit, hóra redire potest.
Utendum est aetate; cito pede labitur aetas,
Nec bona tam sequitúr, quám bona prima fuit.

- 14 Nil ita sublime est supraque pericula tendit,
Non sit ut inferius suppositumque deo.
- 15 Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quae valuere, ruunt.
- 16 Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo.
Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat
Et manet in nullo certa tenaxque loco,
Sed modo laeta manet, vultús modo sumit acerbos,
Et tantum constans in levitate suã est.
- 17 Rara quidem virtus, quam non fortuna gubernet,
Quae maneat stabili, cum fugit illa, pede.
- 18 Luxuriant animi rebus plerumque secundis,
Nec facile est aequã commoda mente pati.
- 19 Si, quotiens peccant homines, sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.
- 20 Non bove mactato caelestia numina gaudent,
Sed, quae praestanda est et sine teste, fide.
- 21 Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemque metumque suo.
- 22 Crede mihi: bene qui latuit, bene vixit, et intra
Fortunam debet quisque manere suam.
- 23 Non ideo debet pelago se credere, siqua
Audet in exiguo ludere cumba lacu.

12. *Iam* h. 'bald'.

13. Zu *praeteriit* s. A. B. 2. — *aetas* 'Zeit'. — Verb. *tam bona*.

14. *tendit* h. 'erhebt sich'. — Auch *inferius* kann mit dem Dat. verbunden werden.

15. *Omnia hominum* = omnes res humanae.

16. *levitas* 'Unbeständigkeit'.

17. *Rara, est.* — *quam* u. *quae* = von der Art, daß sie: desh. der Konj.

18. Verb. *plerumque luxuriant.* — *aequã mente*, im D. ein Wort.

19. *mittat* 'senden wollte'.

20. *mactato*, näml. als Opfer. — Verb. *Sed fide, quae . . . ; et 'auch'*.

21. Ordne: *ut cuique mens sua conscia* (dh. schuldbewußt) *est.* Zu *Pectora* s. A. B. 3; ebenso zu *nomina* Vs. 24; *pro* 'nach, gemäß'; das bei Dichtern häufige *que . . . que* ist im D. meist durch einfaches 'und' wiederzugeben.

22. *bene latuit* 'sich in einer glücl. Verborgenheit gehalten hat'. — *suam* 'ihm beschieden'.

23. *debet*, Subj. *cumba.* — *ludere* h. 'sich tummeln'.

24. Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icaris nomina fecit aquis.
25. Quid fuit, ut tutas agitarit Daedalus alas,
Icarus immensas nomine signet aquas?
Nempe quod hic alte, demissius ille volabat:
Nam pennas ambo non habuere suas.
Tu quoque formida nimium sublimia semper,
Propositique, precor, contrahe vela tui!
-
26. Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas,
Nullaque res maius tempore robur habet.
27. Gutta cavat lapidem, consumitur anulus usu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo.
28. Parva necat morsu spatiosum vipera taurum,
A cane non magno saepe tenetur aper.
29. Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas;
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,
Quaque venit, multas accipit annis aquas.
30. Principiis obsta! sero medicina paratur,
Cum mala per longas convaluere moras.
31. Firma valent per se nullumque Machaona quaerunt:
Ad medicam dubius confugit aeger opem.
32. Temporis ars medicina fere est: data tempore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.
33. Non est in medico semper, relevetur ut aeger;
Interdum medica plus valet arte malum.

24. *petit nimium* (= *nimis sublimia* 'zu sehr in die Höhe strebt'. — Ausführlicheres über Daedalus und Icarus bietet III 16; *Icariae aquae*, das Ikarische Meer, ein Teil des Ägäischen Meeres bei Icaria, der nördlichsten der Sporadischen Inseln.

25. *Quid fuit, ut* 'Wie ist es gekommen, daß?'; *tutas* im D. Adv. — *signet* hängt noch von *ut* ab: das Präs., weil die Folge noch fort-dauert. — *alte* im D. 'zu hoch'. — *non suas*, die ihnen nicht von Natur zukamen, also 'erborgte'. — *nimium* = *nimis*. — *contrahe vela propositi tui*, dh. mäßige die Kühnheit deines Vorhabens. Dieses ist mit einem Schiffe verglichen, das mit zu vollen Segeln fährt.

26. *Tabidus* h. 'verzehrend'.

27. *pressā humo*, wenn der Boden

(von ihr) gedrückt, dh. durchfurcht wird.

29. *Quem taurum* st. *taurum*, quem; ebenso *Sub qua arbore* st. *arbor*, sub qua: das Subst., zu dem ein Relativsatz gehört, wird oft in diesen selbst gezogen. — *Nascitur*, Subj. *annis*. — Verb. et (für *que*) *accipit multas aquas, qua* (Adv.) *venit*.

31. *Machaona*, griech. acc. sing.; M. war ein berühmter Arzt im Heere der Griechen vor Troja. — *dubius* h. 'in Gefahr schwebend'.

32. Ordne: *ars med.* (Adj.) *est temporis* 'ist eine Sache der rechten Zeit', dh. es kommt dabei auf den rechten Zeitpunkt an; *fere* 'zumeist, in der Regel'. Verbinde auch das erste *data* mit *vina*; *tempore* = in tempore 'zur rechten Zeit'.

33. *est in medico* 'es steht beim Arzte'.

- 34 Perfer et obdura! dolor hic tibi proderit olim;
Saepe tulit lassus sucus amarus opem.
- 35 Ut corpus redimas, ferrum patieris et ignes,
Arida nec sitiens ora levabis aquā;
Ut valeas animo, quicquam tolerare negabis?
At pretium pars haec corpore maius habet.
- 36 Rebus in angustis facile est contemnere vitam;
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.
- 37 Si numeres anno sōles et nubila toto,
Invenies nitidum saepius isse diem.
- 38 Nulla dies adeo est australibus umida nimbis,
Non intermissis ut fluat imber aquis;
Nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo
Mixta fere duris utilis herba rubis.
Nil adeo fortuna gravis miserabile fecit,
Ut minuant nullā gaudia parte malum.
- 39 Sunt aliquid mănēs; letum non omnia finit,
Luridaque evictos effugit umbra rogos.
- 40 In terris mercede caret per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis.
- 41 Vilia miretur vulgus! Mihi flavus Apollo
Pocula Castaliae plena ministret aquae!
- 42 Carmine fit vivax virtus, expersque sepulcri
Notitiam serae posteritatis habet.
- 43 Pieridās, pueri, doctos et amate poetas,
Aurea nec superent munera Pieridas!
Quem referent musae, vivet, dum roborata tellus,
Dum caelum stellas, dum vehet amnis aquas.

34. *hic* v. d. Zeit 'augenblicklich'.

35. *redimere* h. 'retten', eigentlich? *ferrum et ignes*, wenn die Wunden ausgeschnitten od. ausgebrannt werden. — Verb. Et *sitiens* non *levabis*; zu *ora* s. A. B. 3. — *negare* h. 'sich weigern'.

36. *res angustae* 'bedrängte Lage'; *contemnere vitam*, das taten manche Römer, indem sie freiwillig aus dem Leben schieden.

37. *soles* etwa 'Zeiten des Sonnenscheins'.

38. Die Dichter gebrauchen den Sing. *dies* auch in gewöhnl. Bedeut. oft als Fem.; *australibus*, der Südwind (auster) bringt in Italien häufig Bewölkung und Regen. — *nullā parte*, abl. limit.

39. *evictos rogos*, der Scheiter-

haufen wird von dem ihm entschwebenden Schatten gewissermaßen 'siegreich überwunden'.

40. *per se* 'für sich', um ihrer selbst willen.

41. *Castalia aqua*, dh. Wasser aus der Quelle Kastalia an dem Musenberge Parnaß, ein bildlicher Ausdruck für die dichterische Begeisterung.

42. *expers sepulcri* 'über das Grab erhaben', wörtlich? — *Notitiam habet* 'findet Anerkennung bei . . .'.

43. *Pieridās* (griech. Form des acc. plur.), die Musen, der Sage nach Töchter des Königs Piēros, der in Pella südl. des Berges Piēros in Mazedonien wohnte; ordne: *et doctos* ('kunstgeübt') *poetas*. — *superare* h. 'mehr gelten'. — *referre* alqm

- 44 Ingenium quondam fuerat pretiosius auro.
At nunc barbaries grandis habere nihil.
- 45 Aurea nunc verē sunt saecula; plurimus auro
Venit honos; auro conciliatur amor.
Ipse licet musis venias comitatus, Homere:
Si nil attuleris, ibis, Homere, foras.
- 46 Donec eris sospes, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
- 47 Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuvat et vultu ridet Fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes:
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
- 48 Haud ulla portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ad infernas, stulte, vehere rates.

- 49 Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit et immemores non sinit esse sui.
- 50 Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiae navita puppis amat.
- 51 Navita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, pastor oves.
- 52 Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumque pecus grandius uber habet.
- 53 Flava Ceres, tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quae templi pendeat ante fores.
- 54 Poma dat autumnus, formosa est messibus aestas,
Ver praebet flores, igne levatur hiems.

‘von jem. berichten’; *robora* ‘Eichen’. — *vehet* ‘haben (eig. führen) wird’, vgl. unten 56 *violae terra vehit*.

44. Ordne: *nihil habere (est) grandis barbaries*.

45. *Vēnit*, von *vēneo*; dazu *auro* als abl. pretii; *honōs*, ält. Form für honōr. — *licet venias*, coniunct. concess.; *comitatus* hat, wie mehrere andere partic. perf. von Deponentien, passive Bedeut. Die Dichter setzen bei *com.* die begleitende Person in den bloßen Abl. — Zu *attuleris* s. A. B. 2; *ibis foras*, dh. du wirst abgewiesen werden.

46. *fuerint*, im D. Präsens.

47. *spectare* h. ‘prüfen’. — *iuvat*, Subj. *Fortuna*. — *cuncta* ‘alle Welt’. — *simul* = *simulatque*; *intonuit*,

Fortuna; *ulli* = ab *ullo*: beim Pass. gebrauchen die Dichter oft den Dat. st. des Abl. mit *a*. Der subst. Dat. *ulli* st. *cuiquam* ist selten. — *modō* ‘eben erst’ oder ‘eben noch’.

48. *vehere* (= *vehēris*) ‘du wirst hinabfahren’; *infernae rates*, der Kahn, auf dem Charon die Seelen über den Ach^{er}on fuhr.

49. *nesciō quis* vertritt ganz die Stelle eines unbestimmten Pronomens; dah. *nescio qua dulc.* etwa ‘mit unbeschreiblichem Reiz’. — *ducit* ‘lockt an’; *sui* weist auf *solum* zurück.

50. Verb. *Rectorem dubiae* (‘gefährdet’) *puppis* (= *navis*).

52. *Fertilior est*, nämll. in den Augen des Toren und Neidischen.

- 55 *Aspera hiems adoperta gelu nunc denique cedit,
Et pereunt victae sole tepente nives.
Arboribus redeunt detonsae frigore frondes,
Uvidaque in tenero palmite gemma tumet:
Quaeque diu latuit, nunc, se qua tollat in auras,
Fertilis occultas invenit herba vias.*
- 56 *Iam violas puerique legunt hilaresque puellae,
Rustica quas nullo terra serente vehit.
Prataque pubescunt variorum flore colorum,
Indocilique loquax gutture vernat avis.*
- 57 *Non tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Convenit, haec oleis, hac bene farra virent.*
- 58 *Terra salutare herbas eademque nocentes
Nutrit, et urticae proxima saepe rosa est.*
- 59 *Nutritur vento, vento restinguitur ignis:
Lenis alit flammam, grandior aura necat.*
- 60 *Ignem quid utilius? Siquis tamen urere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina salutem,
Quaeque iuvet, monstrat, quaeque sit herba nocens.
Discitur, innocuas ut agat, facundia, causas:
Protegit haec sotes immeritosque premit.*
- 61 *Magna fuit quondam capitis reverentia cāni,
Inque suo pretio ruga senilis erat.
Martis opus iuvenes animosaque bella gerebant
Et pro dis aderant in statione suis;
Viribus illa minor nec habendis utilis armis
Consilio patriae saepe ferebat opem.*
- 62 *Ista vetus pietas, aevo moritura futuro,
Rustica Saturno regna tenente fuit.*

55. *gelu* h. 'Eis'; *nives*, die Mehrzahl läßt sich auch im D. wiedergeben. — Verb. et (für *que*) *herba fertilis, quae diu latuit, nunc invenit vias occultas, qua* (Adv.) *se tollat in auras*.

56. *legunt* = colligunt; *vehit* = gignit; *nullo serente*, negative Partizipialkonstruktionen sind meist durch 'ohne daß' aufzulösen. — *pubescunt*, die Blumen sind für die Wiesen etwa, was der erste Bartschmuck für den Jüngling ist. — *Indocili*, dh. noch unausgebildet, ungeübt; *vernat* h. 'singt Frühlingslieder'.

57. *hac* st. in *hac*, s. A. B. 5.

58. *eadem*, im D. Adv. 'ebenso, zugleich auch'.

59. Verb. *Lenis aura*, und *necat flammam*.

60. *tecta*, näml. eines anderen. — *Comparat* = parat. — *interdum . . . modo* st. modo . . . modo. — Ordne: et (für *que*) *monstrat, quae herba iuvet et quae sit nocens*. — Verb. *discitur facundia; innocuas causas* = causas innocentium. — *Protegit* ohne Bindewort (asyndetisch) dem Vorhergehenden gegenübergestellt: im D. füge 'und doch' ein.

61. *capitis cāni* (von *cānus*), gen. object. — *suo* 'ihr gebührend'. — *illa, senectus, aus ruga senilis* zu entnehmen; *habendis armis* 'zur Führung der Waffen'.

62. *aevo mor. f.* 'die in der Folgezeit verschwinden sollte'. — *Rusticus* h. 'einfach'; gemeint ist das goldene Zeitalter.

- 63 *Exigua est virtus praestare silentia rebus:*
At contra gravis est culpa, tacenda loqui.
- 64 *Munditiae placeant; fuscentur corpora campo;*
Sit bene conveniens et sine labe toga!
- 65 *Crudeles divi! Serpens novus exuit annos;*
Formae non ullam fata dedere moram.
- 66 *Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis*
Semina, quae magno fenore reddat ager.
Spes etiam validā solatur compede vinctum:
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.
- 67 *Haec dea, cum fugerent sceleratas numina terras,*
In dis invisā sola remansit humo.
Haec facit, ut vivat fossor quoque compede vinctus
Liberaque a ferro crura futura putet.
Haec facit, ut, videat cum terras undique nullas,
Naufragus in mediis bracchia iactet aquis.
Saepe aliquem sollers medicorum cura reliquit:
Nec spes huic venā deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem,
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.

63. Zu *silentia* s. A. B. 3; *rebus*, die näml. verschwiegen werden sollen. — *tacenda*, Obj.

64. *fuscentur* 'mögen sich bräunen', bei den gymnast. Übungen auf dem Marsfelde (*campo*, s. A. B. 5) zu Rom.

amphora, lagoena o. ä. — 14. *haustum* 'Schluck'; *bibunt* 'man . . .' — 16. *fragiles*, dh. im brechbaren Zustande. — 17ff. Ordne: *ipse Hister* (die Donau), *qui non angustior amne papyrifero* (der Nil) *miscetur freto, congelat ventis latices durantibus* (abl. abs.); *ora* 'Mündungen'. — 21. *Quaque* = *et qua* (Adv.). — 23. *per* 'über'; *subter* (Adv.) *labentibus undis*, abl. abs. — 24. *barbara* 'der Eingeborenen'. — 25. *glacie*, abl. causae; *pontum*, näml. Euxinum. — 26. *testa* 'Schale' (das Eis); *premebat* 'bedeckte, überzog'. — 28. *Unda summa* 'die Oberfläche des W.'; *non udo* 'ohne daß er naß wurde'. — 29. *delphinës*, griech. nom. plur.; die

- 30 Tollere: conantes dura coërcet hiems.
 Et quamvis Boreas iactatis insonet alis,
 Fluctus in obsesso gurgite nullus erit;
 Inclusaeque gelu stabunt in marmore puppes,
 Nec poterit rigidas findere remus aquas.

5. Freuden des Landlebens. Remed. 169 ff.

- Rura quoque oblectant animos studiumque colendi;
 Quaelibet huic curae cedere cura potest.
 Colla iube domitos oneri supponere tauros,
 Sauciet ut duram vomer aduncus humum.
 5 Obrue versatā Cerealia semina terrā,
 Quae tibi cum multo faenore reddat ager.
 Aspice curvatos pomorum pondere ramos,
 Ut sua, quod peperit, vix ferat arbor onus;
 Aspice labentes iucundo murmure rivos,
 10 Aspice tondentes fertile gramen oves!
 Ecce, petunt rupes praeruptaque saxa capellae;
 Iam referent haedis ubera plena suis.
 Pastor inaequali modulatur harundine carmen,
 Nec desunt comites, sedula turba, canes.
 15 Parte sonant alia silvae mugitibus altae,
 Et queritur vitulum mater abesse suum.
 Quid? cum suppositos fugiunt examina fumos,
 Ut relevent dempti vimina curva favi?
 Poma dat autumnus; formosa est messibus aestas;
 20 Ver praebet flores; igne levatur hiems.
 Temporibus certis maturam rusticus uvam
 Deligit, et nudo sub pede musta fluunt;

Delphine schnellen sich häufig mit halbem Körper über die Meeresfläche empor, auch pflegen sie so zu schwimmen, daß ihr gekrümmter Rücken aus dem Wasser ragt, dah. das Adj. *pandi*. — 30. *hiems* h. 'Eis' (eig. Frost), die Wirkung für die Ursache. — 31. *insonet* 'anbraust'; *alis*, die Windgötter wurden geflügelt dargestellt. — 32. *Fluctus* 'Wellenbewegung'; *gurgis* 'die Tiefe', für mare; *obsesso* = *incluso glacie*.

5, 1. Verb. *Rura studiumque colendi* (ea). — 2. Vgl. Vs. 29f.; *cura* 'Beschäftigung'. — 3. *oneri* = *iugo*. — 6. *Quae* = *ut ea*. — 7ff. *Anaphora* (s. zu III 1, 1); ebenso Vs. 21 u. 23, 25 u. 26. — 8. Ordne: *ut sua* (bezogen auf das Obj. *onus*) *arbor vix ferat onus, quod peperit* 'so daß

die Last, die er erzeugt, ihr eigener Baum kaum trägt'. — 12. *Iam* h. 'bald'; *haedis suis*, im D. 'zu . . .' — 13. *harundo* 'das Schilfrohr' für die Hirtenflöte, die aus Rohren von ungleicher Länge zusammengefügt war. — 15. Zu *parte alia* s. A. B. 5. — 16. *mater*, die Mutterkuh. — 17. *Quid?* mit Rücksicht auf Vs. 1 so viel wie nonne oblectat animum 'Welche Lust'; *cum*, v. d. Wiederholung, 'wenn'; *suppositi fumi* sind von unten aufsteigende Rauchwolken; durch sie werden die Bienenschwärme (*examina*) vertrieben, wenn die Honigwaben (*favi*) aus den Bienenkörben (*vimina curva*) herausgenommen werden sollen. — 22. *sub pede*, man zerstampfte die Trauben mit den Füßen. —

- Temporibus certis desectas alligat herbas
 Et tonsam raro pectine verrit humum.
 25 Ipse potes riguis plantam deponere in hortis,
 Ipse potes rivos ducere lenis aquae.
 Venerit insitio: fac ramum ramus adoptet
 Stetque peregrinis arbor operta cōmis.
 30 Cum semel haec animum coepit mulcere voluptas,
 Debilibus pennis irrita cura fugit.

6. *Vulgus amicitias utilitate probat.* Ex Ponto II 3, 7 ff.

- Turpe quidem dictu, sed, si modo vera fatemur:
 Vulgus amicitias utilitate probat.
 Cura, quid expediat, prius est, quam quid sit honestum,
 Et cum fortuna statque caditque fides;
 5 Nec facile invenias multis in milibus unum,
 Virtutem pretium qui putet esse sui.
 Ipse decor recte facti, si praemia desint,
 Non movet, et gratis paenitet esse probum;
 Nec, nisi quod prodest, carum est, et detrahe menti
 10 Spem fructūs avidae, nemo petendus erit.
 At reditūs iam quisque suos amat et, sibi quid sit
 Utile, sollicitis supputat articulis.
 Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est;
 Quae simul insonuit, proxima quaeque fugat.
 15 En ego, non paucis quondam munitus amicis,
 Dum flavit vēlis aura secunda meis:
 Ut fera nimbo tumuerunt aequora vento,
 In mediis lacera nave relinquo aquis;
 Cumque alii nolint etiam me nosse videri.
 20 Proiecto auxilium vix duo tresve ferunt.

23. *alligat*, zu Bündeln. — 24. *tonsam*, vom Scheren des Rasens; *pecten* h. 'der Rechen'; *rarus*, wegen der einzeln stehenden Zinken, etwa 'weitzinkig'. — 25. *deponere* einpflanzen, 'stecken'. — 26. *rivi* h. 'Rinnsale'. — 27. *Venerit* = cum venerit, doch kann auch im D. die Konjunktion fehlen: das Verbum tritt ins Präsens; *fac adoptet* = cura, ut adoptet. — 30. *irritus* h. 'machtlos'.

6, 1. *si modo* 'wenn anders'. — 2. *utilitate probare* 'nach dem Nutzen bewerten'. — 3. *Cura prius est* = prius curatur; *expedit* 'es ist vorteilhaft'. — 6. Ordne: *qui putet virtutem esse pretium sui* ('ihr eigener Lohn'). — 7. *Ipse decor* 'die bloße Löblichkeit'. — 8. Verb.

paenitet (dh. man hält es für verkehrt) *gratis probum esse*. — 9. *Nec nisi* 'und nur'. — 10. *nemo petendus erit* so viel wie nullius amicitia petenda erit; o in *nemo* wird zuweilen gekürzt. — 11. *reditūs* 'die Einkünfte'. — 12. *articulis* 'an den Fingerknöcheln'; *sollicitis*, dichterische Übertragung eines Seelenzustandes auf einen Körperteil. — 14. *Quae simul* = at simulatque ea, näml. fortuna; *proxima quaeque* 'alles, was einem nahe stand'. — 15. *ego*, Prädikat *relinquo*, dem der Nebensatz *ut . . . tumuerunt* unterzuordnen ist; *munitus*, umgeben, wie von einer Mauer, dah. auch der abl. instrum. — 17. *fera*, im D. Adv. zu *tumuerunt*. — 18. *la-*

7. Gewinn über alles. *Fasti* I 198 ff.

- Vix ego Saturno quemquam regnante videbam,
 Cuius non animo dulcia luca forent.
 Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi:
 Vix ultra, quo iam progrediatur, habet.
- 5 Pluris opes nunc sunt quam prisca temporis annis,
 Dum populus pauper, dum nova Roma fuit;
 Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum
 Et dabat exiguum fluminis ulva torum.
 Iuppiter angusta vix totus stabat in aede,
- 10 Inque Iovis dextra fictile fulmen erat.
 Frondibus ornabant, quae nunc Capitolia gemmis,
 Pasebatque suas ipse senator oves;
 Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem
 Et faenum capiti supposuisse fuit.
- 15 Iura dabat populus posito modo praetor aratro,
 Et levis argenti lamina crimen erat.
 At postquam fortuna loci caput extulit huius
 Et tetigit summo vertice Roma deos,
 Creverunt et opes et opum furiosa cupido,
- 20 Et, cum possideant plurima, plura petunt.
 Quaerere, ut absumant, absumpta requirere certant,
 Atque ipsae vitii sunt alimenta vices.
 Sic, quibus intumuit suffusa venter ab unda,
 Quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae.

cerā nave 'mit . . .', abl. modi. — 19. *Cum* 'während'; *nolint etiam videri*, dh. sie möchten sogar den Schein vermeiden. — 20. *Proiecto* 'dem Verstoßenen'.

7. 1. *Saturnus*, der Vater Jupiters, soll im goldenen Zeitalter als der älteste König über Italien geherrscht haben. Wegen des auf *Saturno regnante* liegenden Nachdrucks füge beim Übers. 'selbst' oder 'sogar' hinzu. — 2. Ordne: *Cuius animo luca non dulcia forent* (= essent 'gewesen w.'). — 4. Vor *quo* schalte im D. ein 'einen Punkt'; *iam* 'noch'. — 5. *Pluris*, gen. pretii; *esse* 'gelden'. — 7. *Quirinus* = Romulus, der Marssohn, der jenen Namen nach seiner Versetzung unter die Götter erhielt: vgl. III 22, 8. — 8. *exiguus* h. 'gering, armselig'. — 9. Jupiter hatte damals einen so niedrigen Tempel, daß sein Stand-

bild darin kaum ganz aufrecht stehen konnte. — 11. Ordne: *frond. ornabant Capitolia, quae nunc gemmis* (ornant). — 13. *Nec pudor fuit* 'man schämte sich auch nicht'. — 15. *Iura dare* 'Recht sprechen'; *posito* = *deposito, relicto*; *modo* 'eben erst'. — 16. *crimen erat*, als zu großer Besitz. — 17. Verb. *fortuna huius loci* (Romae). — 18. *tangere deos* bezeichnet die Erreichung des höchsten Maßes von Macht und Größe. — 20. *cum*, konzessiv; *possideant* usw. 'man . . .' — 21. *Quaerere* ('erwerben') ist wie *requirere* von *certant* (wetteifern) abhängig. — 22. *ipsae vices* 'gerade dieser Wechsel', im Erwerben und Vergeuden; *vitii*, Dat. 'für . . .' — 23. Ordne: *sic* (ab iis), *quibus venter intumuit ab* ('infolge') *unda suffusa* (die Wassersucht), *aquae* (eo) *plus sitiuntur, quo plus potae sunt*; im D. vertausche das Passivum mit

- 25 In pretio pretium nunc est; dat census honores,
Census amicitias: pauper ubique iacet.

8. Arion. Fasti II 83 ff.

- Quod mare non novit, quae nescit Ariona tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Saepe sequens agnam lupus est hac voce retentus,
Saepe avidum fugiens restitit agna lupum;
5 Saepe canes leporesque umbra cubuere sub una,
Et stetit in saxo proxima cerva leae;
Et sine lite loquax cum Palladis alite cornix
Sedit, et accipitri iuncta columba fuit.
Cynthia saepe tuis fertur, vocalis Arion,
10 Tamquam fraternis obstipuisse modis.
Nomen Arionium Siculas impleverat urbes,
Captaque erat lyricis Ausonis ora sonis.
Inde domum repetens puppim conscendit Arion
Atque ita quaesitas arte ferebat opes.
15 Forsitan, infelix, ventos undasque timebas:
At tibi nave tua tutius aequor erat.
Namque gubernator destitit constitit ense
Ceteraque armatā conscia turba manu.
Quid tibi cum gladio? dubiam rege, navita, puppem:
20 Non haec sunt digitis arma tenenda tuis.
Ille metu vacuus 'Mortem non deprecor', inquit
'Sed liceat sumptā pauca referre lyrā.'

dem Aktivum. — 25. 'Jetzt gilt (steht im Werte), was gilt', dh. das Geld; *census* 'die Schätzung' = Vermögen. — 26. *iacet*, dh. er ist der Unterdrückte.

8, 1. *Arion*, berühmter lyrischer Dichter aus Methymna auf Lesbos, lebte um 625 vChr., meist am Hofe Perianders zu Korinth (*Ariona* griech. Akkusativform). — 2. *currentes tenebat* 'hielt sie in ihrem Laufe auf', da sie seinem Gesange lauschten. — 4. *restitit* 'blieb stehen'. — 7. Verb. *sine lite sedit*; *Palladis ales* = die Eule. — 8. *iuncta fuit* 'war zusammen'. — 9. *Cynthia*, Beiname der Diana vom Berge Kynthos auf Delos, ihrem Geburtsorte; *tuis*, *Arion*, *modis* st. *modis Arionis*: solche Anrede (Apoströphe) der besprochenen Person u. selbst leb-

loser Ggstde. ist häufig bei Dichtern. — 10. *modi* h. 'Sangesweisen, Melodien'; *tamquam fraternis* 'als ließe sie ihr Bruder (der Gott der Musik Apollo) ertönen'. — 11. *Nomen Arionium* 'Arions Name'. Arion hatte eine Kunstreise nach Sizilien und Unteritalien (*Ausonis ora*) gemacht. — 14. Verb. *opes arte quaesitas* ('erworben'); bei *ferebat* ist das Tempus zu beachten. — 17. *constitit* 'trat (vor dich) hin'. — 18. *conscia* = *coniurata*. — 19. *Quid tibi cum gladio* (est)? 'was hast du mit dem Schwerte zu schaffen?' Frage des Dichters; *dubiam* 'schwankend'. — 20. *Non haec* mit Bezug darauf, daß *arma* auch 'das Schiffsgerät' heißt. — 21. *Ille*, Arion; *Mortem non deprecor* 'ich bitte nicht um mein Leben', wörtlich? — 22. *sumptā referre* 'zu nehmen

- Dant veniam ridentque moram. Capit ille coronam,
 Quae possit crines, Phoebe, decere tuos;
 25 Induerat Tyrio bis tinctam murice pallam:
 Reddidit icta suos pollice chorda sonos,
 Flebilibus numeris veluti cānentia durā
 Traiectus pennā tempora cantat olor.
 Protinus in medias ornatus desilit undas;
 30 Spargitur impulsā caerulea puppis aquā.
 Inde, fide maius, tergo delphina recurvo
 Se memorant oneri supposuisse novo.
 Ille sedens citharamque tenet pretiumque vehendi
 Cantat et aequoreas carmine mulcet aquas.
 35 Di pia facta vident: astris delphina recepit
 Iuppiter et stellas iussit habere novem.

9. **Bachus findet den Honig.** Fasti III 727 ff.

- Ante tuos ortūs arae sine honore fuerunt,
 Liber, et in gelidis herba reperta focus.
 Te memorant Gangē totoque Oriente subacto
 Primitias magno seposuisse Iovi.
 5 Cinnama tu primus captivaque tura dedisti
 Deque triumphato viscera tosta bove.
 Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen
 Libaque, quod sacris pars datur inde focus.
 Liba deo fiunt, sucis quia dulcibus idem

und . . . ? — 23. Die Sänger pflegten sich zum Vortrage ihrer Lieder zu bekränzen und zu schmücken, vgl. III 18, 79ff. — 25. *bis tinctam*, der tyrische Purpur erforderte, um in seiner vollen Pracht zu erscheinen, eine zweimalige Färbung. — 26. *suos*, dh. die nur ihr eigentümlichen, wunderbaren. — 27. Ordne: *veluti olor cantat fleb. numeris* (was vorher Vs. 10 *modi*, eigentl. Takte) *tempora canentia* (v. cāneo, Akk. der Beziehung, s. A. B. 4) *traiectus durā* (= crudeli) *pennā* ('Federpfeil'). Man glaubte, daß der sterbende Schwan einen rührenden Gesang hören lasse. — 30. *impulsa*, durch den Sprung getroffen u. aufgewirbelt. — 31. Verb. *inde* (temporal!) *delphina* (griech. Akk.) *se supposuisse memorant*; *fide maius* 'mehr als glaublich', dh. kaum glaublich. — 33. *pretium vehendi cantat* 'singt den Fährlohn', dh. ein Lied als Fährlohn. — 35. *astris recepit*, der Abl.

bezeichnet im Lat. das Mittel; anders im D.

9, 1. *ortūs* 'Geburt', s. A. B. 3; *honor* h. 'Ehrengabe, Opfer'. — 2. *Liber* = Bacchus; *gelidis*, weil keine Opferfeuer darauf brannten: darum wächst auch Gras darauf; *reperta*, est. — 3. *Ganges* für India: Bacchus machte einen Eroberungszug durch den ganzen Orient bis nach Indien; Abl. *Gangē*, in Anlehnung an die griech. Namensform. — 4. *Primitias*, nämlich *praedae*; *seposuisse*, als Opfergabe. — 5. *captivus* h. 'erbeutet'. — 6. *de bove* = bovis; *triumphatus* 'im Triumph (als Beute) aufgeführt'. — 7. Sinn: die *libamina*, 'Opfergaben', haben ihren N men von *Liber*, der sie zuerst den Göttern darbrachte (*auctor*): ebenso die *liba* 'Festkuchen', weil auch von diesen (*inde*) ein Teil geopfert wurde. Ovid ergeht sich manchmal in falschen Etymologien. — 9. *deo*, Baccho; *fiunt* = sacri-

- 10 Gaudet, et a Baccho mella reperta ferunt.
Ibat harenoso satyris comitatus ab Hebro —
Non habet ingratos fabula nostra iocos —,
Iamque erat ad Rhodopēn Pangæaque florida ventum:
Aeriferae comitum concrepuere manus.
- 15 Ecce novae coeunt volucres tinnitibus actae,
Quosque movent sonitus aera, sequuntur apes.
Colligit errantes et in arbore claudit inani
Liber, et inventi praemia mellis habet.
Ut satyri levisque senex tetigere saporem,
- 20 Quaerebant flavos per nemus omne favos.
Audit in exesa stridorem examinis ulmo
Aspicit et ceras dissimulatque senex.
Utque piger pandi tergo residebat aselli,
Applicat hunc ulmo corticibusque cavis.
- 25 Constitit ipse super ramoso stipite nixus
Atque avide trunco condita mella petit:
Milia crabronum coeunt et vertice nudo
Spicula defigunt oraque sima notant.
Ille cadit praecipit et calce feritur aselli
- 30 Inclamatque suos auxiliumque rogat.
Concurrunt satyri turgentiaque ora parentis
Rident. Percusso claudicat ille genu.
Ridet et ipse deus limumque inducere monstrat:
Hic paret monitis et linit ora luto.

ficantur; *sucis dulcibus*, die *liba* wurden aus Mehl, Honig, Eiern und Öl (auch Käse) bereitet. — 10. *reperta*, esse. — 11. *comitatus*, passiv.: die begleitende Person, wie bei diesem Part. immer, im bloßen Abl.; *Hebrus*, Fluß in Thrazien. — 12. Der Sinn dieses Verses kann bei unbefangener Auffassung nur der sein: 'mein Bericht hat nichts zu tun mit unwillkommenen Scherzen'. Anlaß zu dieser Bemerkung bot wohl die Erwähnung des Hebrus, weil gerade in Thrazien der Bachuskult am wildesten ausgeartet war. — 13. *Rhodope* u. *Pangæum*, Gebirge in Thrazien. — 14. *Aeriferae*, das Gefüge des Bacchus trug eherner Handpauken (*tympana*) u. Becken (*cymbala*). — 15. *novae* ('unbekannte, neu geschaffene') *volucres*, näml. *apes*, also etwa 'Fliegtiere'; *coeunt* 'sich zusammenschließen'. — 16. Ordne: *et apes sequuntur sonitus, quos aera movent*. — 17. *errare* h.

'schwärmen'; *inani* = *cavā*. — 18. Zu *praemia* s. A. B. 3; *inveni mellis* 'der Erfindung des H.'. — 19. *senex* ist Silēnus, der Erzieher und stete Begleiter des Bacchus, ein dickbäuchiger, kahlköpfiger (*levis* h. mit 'glattem Scheitel'), meist trunkener Gesell. — 22. *Aspicit et* = *et aspicit*; *ceras* 'die (mit Honig gefüllten) Wachszellen'. — 23. *piger*, weil er nicht erst absteigen mochte; *pandus*, wegen der Schwere des Alten; zu *tergo* s. A. B. 5, ebenso 27 zu *vertice nudo*. — 24. *Applicat* = *alligat*; *corticibus cavis* paßt zu *exesa* Vs. 21. — 25. *super*, Adv., näml. auf den Rücken des Esels. — 26. *trunco* ist abl. instr. zu *condita*, im D. Ortsangabe. — 28. Zu *ora* s. A. B. 3; *sima* 'plattnäsiger'. — 31. *parentis* 'des Alten'. — 33. *deus*, Bacchus, der im folg. Distichon *pater* 'Väterchen' heißt, ein Ehrenname, der auch jüngeren Göttern beigelegt ward; *limum*, als schmerzstillendes

- 35 Melle pater fruitur: liboque infusa calenti
Iure repertori candida mella damus.

10. Orestes und Pylades. Ex Ponto III 2, 43 ff.

- Nos quoque amicitiae nomen, bone, novimus, hospes,
Quos procul a vobis ultimus orbis habet.
Est locus in Scythia — Tauros dixere priores —.
Qui Geticā longe non ita distat humo;
5 Hac ego sum terrā — patriae nec paenitet — ortus.
Consortem Phoebi gens colit illa deam;
Templa manent hodie vastis innixa columnis,
Perque quater denos itur in illa gradūs.
Fama refert illic signum caeleste fuisse:
10 Quoque minus dubites, stat basis orba deā;
Araque, quae fuerat naturā candida saxi,
Decolor affuso tincta cruore rubet.
Femina sacra facit taedae non nota iugali,
Quae superat Scythicas nobilitate nurūs.
15 Sacrifici genus est — sic instituere priores —,
Advena virgineo caesus ut ense cadat.
Regna Thoas habuit, Mæotide clarus in orā,
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.
Sceptra tenente illo liquidas fecisse per auras
20 Nescio quam dicunt Iphigenian iter,
Quam levibus ventis sub nube per aëra vectam
Creditur his Phoebe deposuisse locis.

Mittel; *monstrare* c. inf. wie *docere*. — 35. *infusa*, darüber ausgegossen.

10. Ovid, damals Verbannter zu Tomis im Lande der Geten, legt die Erzählung einem Greise von der taurischen Halbinsel (j. Krim) in den Mund. — 2. *a vobis* = von euch in Rom; *ultimus orbis* 'das äußerste Ende der Erde'. — 3. *priores*, was sonst *maiores*. — 4. *distat* mit bloßem Abl. s. A. B. 5; verb. *non ita longe*. — 5. Zu *Hac terrā* s. A. B. 5. — 6. *Consortis* (h. 'die Schwester') *Phoebi*, Diana, auch *Phoebē* (Vs. 22) oder *Trivīa* (Vs. 29) genannt. — 7. Zu *Templa* s. A. B. 3; *manent* 'ist noch vorhanden'. — 8. *Per* 'über' od. 'auf'. — 9. *signum caeleste*, nämll. eine Bildsäule der Diana. — 10. *Quoque* = et ut eo; *stat*, im D. füge 'noch' hinzu. — 11. *naturā saxi* 'nach der natürlichen Beschaffenheit des Stein's'. — 13. Verb.

Femina taedae iugali non nota 'der Hochzeitsfackel fromd' dh. unvermählt; dem Hochzeitszuge wurden brennende Fackeln vorangetragen. — 14. *nurūs* bei Dichtern oft = junge Frauen überhaupt. — 15. *Sacrifici* = sacrificii. — 16. *ense virgineo*, das Adj. vertausche im D. mit einem Gen. — 17. Zu *Regna* s. A. B. 3, ebenso zu *Sceptra* Vs. 19; *Mæotis ora*, die Küste der palus Mæotis (j. Asowsches Meer). — 20. Ordne: *dicunt nescio quam* (= aliquam od. quandam 'eine gewisse') *Iphigenian iter fecisse*. Iphigenia, die Tochter Agamemnons, sollte, als die Griechen gegen Troja zogen, infolge eines Orakelspruchs zu Aulis der Diana geopfert werden. Die Göttin stellte jedoch an ihre Stelle eine Hirschkuh und entführte das Mädchen durch die Lüfte nach der taurischen Halbinsel. — 21. *sub nube*,

- Praefuerat templo multos ea rite per annos,
 Invitā peragens tristia sacra manu :
- 25 Cum duo velifera iuvenes venēre carina
 Presseruntque suo litora nostra pede.
 Par fuit his aetas et amor; quorum alter Orestes,
 Ast Pylades alter: nomina fama tenet.
 Protinus immitem Triviae ducuntur ad aram,
- 30 Evincti geminas ad sua terga manūs.
 Spargit aquā captos lustrali Graia sacerdos,
 Ambiat ut fulvas infula longa comas.
 Dumque parat sacrum, dum velat tempora vittis,
 Dum tardae causas invenit ipsa morae,
- 35 'Non ego crudelis — iuvenes, ignoscite!' — dixit
 'Sacra suo facio barbariora loco;
 Ritus is est gentis. Qua vos tamen urbe venitis,
 Quodve parum fausta puppe petistis iter?'
 Dixit et audito patriae pia nomine virgo
- 40 Consortes urbis comperit esse suae.
 'Alteruter nostris' inquit 'cadat hostia sacris,
 Ad patrias sedes nuntius alter eat!'
 Ire iubet Pylades carum periturus Oresten:
 Hic negat, inque vices pugnat uterque mōri.
- 45 Exstitit hoc unum, quod non convenerit illis;
 Cetera par concors et sine lite fuit.
 Dum peragunt iuvenes pulchri certamen amoris,
 Ad fratrem scriptas exarat illa notas.

dh. in eine Wolke gehüllt. — 26. *Presserunt* 'betraten'. — 27. *Orestes*, der Sohn Agamemnon's, war beim Beginne des Troj. Kriegs noch ein Kind. Als er später den Mord seines Vaters durch die Tötung seiner Mutter Klytämnestra gerächt hatte und deshalb von den Furien verfolgt wurde, verhiess ihm das Orakel Erlösung, wenn er das Bild der Diana aus dem Lande der Taurier hole. Er unternahm dies in Begleitung seines treuen Freundes Pylades. — 28. *Ast*, ältere Nebenform für *at*. — 29. *immitem* erklärt sich aus Vs. 15f. — 30. *Evincti geminas manūs*, acc. limit. (s. A. B. 4). — 31. Die 'Gefangenen' werden erst mit Weihwasser (*aqua lustralis*) besprengt, dann wird ihnen die weißwollene Stirnbinde umgelegt, die zum Schmucke der Opfertiere wie auch der Priester diente. —

35. *Non ego crudelis* verbinde mit *sacra facio* (Ggs. *gentis ritus est*) 'nicht selbst grausam vollziehe ich die Opfer, die noch barbarischer sind als ihr Ort', dh. als die Gegend, wo sie geschehen. Übrigens ist in Vs. 36 der rauhe Klang der Vokale bemerkenswert. — 37. Zu *Qua urbe* s. A. B. 5. — 38. *puppis parum fausta* 'Unglücksschiff', wörtlich? *iter petere* 'den Weg nehmen'. — 39. Ordne: *et virgo pia nomine patriae* (illorum) *audito comperit* (eos) *consortes esse urbis suae* ('ihrer Vaterstadt', Mykenä in Argolis). — 43. *periturus* 'zu sterben bereit'. — 44. *pugnare* c. inf. ist dichterisch. — 45. *quod non convenerit illis* 'worüber sie nicht einig waren'. — 46. *Cetera* 'im übrigen', adverbialer Akk.; ordne: *par* ('das Paar') *fuit concors et sine lite*. — 48. Verb. *notas* (im D. 'Zeilen') *ad fratrem*

Ad fratrem mandata dabat, cuique illa dabantur, —
 50 Humanos casus aspice! — frater erat.
 Nec mora, de templo rapiunt simulacra Dianae
 Clamque per immensas puppe feruntur aquas.
 Mirus amor iuvenum, quamvis abiere tot anni,
 In Scythia magnum nunc quoque nomen habet.

11. Busiris und Phalaris. Ars I 647 ff. Tristia III 11, 41 ff.

Dicitur Aegyptus caruisse iuventibus arva
 Imbribus atque annos sicca fuisse novem:
 Cum Thrasius Būsirin adit monstratque piari
 Hospitis effuso sanguine posse Iovem.
 5 Illi Busiris 'Fies Iovis hostia primus'
 Inquit 'et Aegypto tu dabis, hospes, aquam.' —
 Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
 Torruit: infelix imbuit auctor opus.
 Namque bovem Siculo fertur donasse tyranno
 10 Et dictis artes conciliasse suas:
 'Munere in hoc, rex, est usus, sed imagine maior,
 Nec sola est operis forma probanda mei.
 Aspicias a dextra latus hoc adapertile tauri?
 Huc tibi, quem perdes, coniciendus erit.
 15 Protinus inclusum lentis carbonibus ure:
 Mugiet, et veri vox erit illa bovis.
 Pro quibus inventis, ut munus munere penses,
 Da, precor, ingenio praemia digna meo!'

scriptas ('gerichtet'). — 49. *cuique* = *et* (is), *cui*. — 51. *Nec mora* (est od. fuit), eine bei Ovid sehr häufige Wendung: im D. ziehe sie als Adv. ('unverzüglich, alsobald') in den Hauptsatz. Das Bild (*simulacra*, A. B. 3) zu rauben war ihnen vom Orakel befohlen worden. — 53. *quamvis abiere*, die Dichter gebrauchen oft *quamvis* mit dem Indik. — 54. *nunc quoque* 'noch jetzt'.

11, 1. *Aegyptus*: daß nicht etwa an den gleichnamigen ersten König des Landes zu denken ist, lehrt *sicca* Vs. 2. — 3. *Thrasius*, ein cyprischer Wahrsager. — *Busiris*, mythischer König v. Ägypten, den Herkules erschlug, als er ihn wollte opfern lassen; *Busirin*, griech. Akk. — 4. *Hospitis effuso sanguine*, dh. durch Opferung eines Fremdlings, wörtlich? — 5. *Fies* und *dabis* 'du sollst . . .' — 7. *Et* 'auch'; *Phaläris*,

Tyrann von Agrigent auf Sizilien, durch seine Grausamkeit berüchtigt. Ihm brachte der Künstler Perillus aus Athen einen hohlen ehernen Stier, in dem er Menschen verbrennen ließ, deren Geschrei dann wie das Brüllen eines Ochsen klang. Der Tyrann ließ aber ihn selbst zuerst hineinwerfen. *tauro*, abl. instrum., im D. Ortsangabe. — 8. *imbuit* 'weichte es ein', machte den Anfang mit dessen Gebrauche; so auch Vs. 20. — 10. *conciliare* h. ähnl. wie *probare* Vs. 12 'annehmlich machen, empfehlen'; *artes*, was unten Vs. 17 *inventä*. — 11. *usus*, *sed imagine maior*, dh. ein Nutzen, der jedoch größer ist, als der äußere Anschein vermuten läßt. — 13. *a dextrā* (parte), wir 'rechts, zur Rechten'. — 14. *perdes*, das Fut. übers. mit 'wollen'. — 15. *lentis*: Kohlen brennen langsamer als z. B. Holz. — 17. *quibus*, relat. Anschluß;

- Dixerat. At Phalaris 'Poenae mirande repertor,
 20 Ipse tuum praesens imbue' dixit 'opus!
 Nec mora, monstratis crudeliter ignibus ustus
 Exhibuit geminos ore gemente sonos.
 Supplicium iustum! Neque enim lex aequior ulla est,
 Quam necis artifices arte perire sua.

12. Ceres und Proserpina. Fasti IV 419 ff.

a) Der Raub.

- Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor
 Trinācris, a positu nomen adepta loci:
 Grata domus Cereri. Multas ea possidet urbes,
 In quibus est culto fertilis Henna sōlo.
 5 Frigida caelestum matres Arethūsa vocarat;
 Venerat ad sacras et dea flava dapes.
 Filia, consuetis ut erat comitata puellis,
 Errabat nudo per sua prata pede.
 Valle sub umbrosa locus est aspergine multa
 10 Uvidus ex alto desilientis aquae.
 Tot fuerant illic, quot habet natura, colores,
 Pictaque dissimili flore nitebat humus.
 Quam simul aspexit, 'Comites, accedite' dixit
 'Et mecum plenos flore referte sinūs!'

munere 'Gegengabe'. — 20. *praesens* 'wie du da bist', dh. auf der Stelle. — 21. *Nec mora*, im D. adverbiall; *monstratis* 'wie er es angegeben'. — 22. *geminos* = ähnlich, wie sich Zwillinge sind, dh. 'zum Verwechsell ähnlich' (näml. dem Gebrüll eines Ochsen). — 24. *necis artifices* sind die Erfinder eines Tötungsverfahrens; betone *suā*. So hat Ludwig XI. den Kardinal Balue in einen der eisernen Käfige sperren lassen, die dieser selbst erfunden hatte.

12. 2. *Trinācris* (Adj.) 'das trinkrische' (dh. dreispitzige) stelle auch beim Übers. nach. *Trinacria* war der älteste griech. Name für Sizilien, wegen seiner drei Vorgebirge (h. *scopuli*) Pachynos, Lilybaion und Pelōros; *positus loci* h. 'Gestalt des Geländes'. — 3. *Grata domus Cereri* (est), wegen der großen Fruchtbarkeit des Bodens; *ea*, Ceres, die in den Städten Tempel hatte. — 4. *In quibus* = inter quas. — 5. *caelestum* (dichterisch für caele-

stium) *matres* 'die Götterfrauen': *mater* ist Ehrenname der Göttinnen, wie *pater* der Götter; *Arethūsa*, eine Quelle bei Syrakus, während *Henna*, wo der Raub stattfand, in der Mitte der Insel lag; *vocarat*, die Einladung geht von der Quellnympe aus. — 6. *et* 'auch'; *dea flava*, Ceres, von der Farbe der reifen Ähren. — 7. *Filia*, Proserpina, griech. *Persephōnē* (Akk. *Persephonēn* Vs. 127), Tochter Jupiters und der Ceres; *comitata* passivisch mit dem Abl. der begleitenden Person; *consuetis* dreisilbig. — 8. *sua*, weil Henna ihr gewohnter Aufenthaltsort war. — 9. *sub* 'unten in . . .' — 10. Verb. *uvidus multā aspergine aquae ex alto desilientis*. — 11. *fuerant*, näml. vor dem Raube der Proserpina; denn nachher blieb das Land unfruchtbar bis zum Wiederfinden; vgl. *cessata arva* Vs. 163. — 12. *dissimili*, inter se; *flore* hier u. Vs. 33 kollektiv. — 13. *simul* = simultaque. — 14. *sinus*, der Bausch

- 15 Praeda puellares animos prolectat inanis,
 Et non sentitur sedulitate labor.
 Haec implet lento calathos e vimine nexos,
 Haec gremium, laxos degravat illa sinūs.
 Illa legit calthas, huic sunt violaria curae,
- 20 Illa papavereas subsecat ungue comas.
 Has, hyacinthe, tenes; illas, amarante, moraris:
 Pars thyma, pars casiam, pars meliloton amat.
 Plurima lecta rosa est, sunt et sine nomine flores;
 Ipsa crocos tenues liliaque alba legit.
- 25 Carpendi studio paulatim longius itur,
 Et dominam casu nulla secuta comes:
 Hanc videt et visam patruus velociter aufert
 Regnaque caeruleis in sua portat equis.
 Illa quidem clamabat: 'Io, carissima mater,
- 30 Auferor!' ipsa suos abscideratque sinūs.
 Panditur interea Diti via: namque diurnum
 Lumen inassueti vix patiuntur equi.
 At chorus aequalis, cumalatae flore ministrae,
 'Persephone,' clamant 'ad tua dona veni!'
- 35 Ut clamata silet, montes ululatibus implent,
 Et feriunt maestae pectora nuda manūs.
 Attonita est plangore Ceres — modo venerat Hennam —
 Nec mora 'Me miseram! filia,' dixit 'ubi es?'
 Mentis inops rapitur, quales audire solemus
- 40 Thrēicias fuis maenadās ire comis.
 Ut vitulo mugit sua mater ab ubere raptō
 Et quaerit fetūs per nemus omne suos:

des Gewandes; *plenus* gehört zum Präd.: 'die Bausche voll'. — 16. *non sentitur* bildet einen Begriff 'bleibt unempfunden'. — 17. *lentus* 'biegsam'. — 20. *papavereae comae* 'Mohnblüten'; bei gewissen Mohnarten erinnert die gefiederte Blume an einen von Haaren umwallten Kopf. — 21. *hyacinthe, tenes* und *amarante, moraris*, Apostrophē wie III 8, 9. — 22. *melilōtōn* mit griech. Endung. — 23. *Plurima* etwa 'besonders zahlreich'; bei *sunt* denke *lecti* wiederholt; *et* 'auch'. — 24. *Ipsa*, Proserpina. — 26. *secuta*, est. — 27. *patruus*, Pluto od. Dis, der Bruder Jupiters, Beherrscher der Unterwelt. — 28. *caeruleus* h. 'dunkelfarbig', wie alles, was der Unterwelt angehört. — 30. *abscideratque*, die Dichter hängen zuweilen *que*

nicht gleich an das erste Wort: so unten Vs. 156. Das Zerreißen des Gewandes war ein Zeichen höchsten Schmerzes. — 31. *via*, ein Erdschlund, der in die Unterwelt führte. — 33. *chorus aequalis* = ch. *aequalium*. — 34. *ad tua dona*, zu den für dich gesammelten Blumen. — 36. *pectora nuda*, weil auch sie aus Verzweiflung ihr Gewand zerissen hatten. — 37. *modō* 'soeben'. — 38. *Nec mora*, im D. adverbiall. — 39. *rapi* bezeichnet ähnl. wie *ferri* Vs. 44 das besinnungslose Fortstürzen. — 40. *maenadās*, griech. acc. plur. Die Mänaden (dh. die Rasenden) oder Bachantinnen waren Weiber, die die Bachusteste mit wilden Tänzen feierten, was besonders in Thrazien geschah. — 41. *sua*, bezogen auf *vitulo ab ubere raptō* (abl.

- Sic dea nec retinet gemitus et concita cursu
 Fertur, et e campis incipit, Henna, tuis.
 46 Quacumque ingreditur, miseris loca cuncta querelis
 Implet, ut amissum cum gemit ales Ityn.
 Perque vices modo 'Persephone!' modo 'Filia!' clamat,
 Clamat et alternis nomen utrumque ciet.
 Sed neque Persephone Cererem, nec filia matrem
 50 Audit, et alternis nomen utrumque perit.

b) Triptolemus.

- Iam color unus inest rebus, tenebrisque teguntur
 Omnia: iam vigiles conticuere canes.
 Alta iacet vasti super ora Typhōeos Aetne,
 Cuius anhelatis ignibus ardet humus.
 55 Illic accendit geminas pro lampade pinūs:
 Hinc Cereris sacris nunc quoque taeda datur.
 Est specus exesi structura pumicis asper,
 Non homini rēgio, non adeunda ferae:
 Quo simul ac venit, frenatos curribus angues
 60 Iungit et aequoreas sicca pererrat aquas.
 Effugit et Syrtes et te, Zanclaea Charybdis,
 Et vos, Nisaei (naufraga monstra) canes,

abs.). — 42. *fetūs suos*, im D. Sing. — 44. *et h.* 'und zwar'; *e campis* 'von . . . aus', dh. 'bei . . .' — 46. Ordne: *ut ales* (loca querelis implet), *cum gemit Ityn amissum*. Prokne hatte, um ihren Gemahl Tereus zu kränken, ihren kleinen Sohn Itys getötet und beklagte nun, in eine Schwalbe verwandelt, dessen Verlust. — 47. *Per vices* 'abwechselnd', wie nachher *alternis*. — 48. *ciet* 'läßt hören'. — 50. *perit* 'verhallt'.

53. *Typhōeos*, griech. Gen. von *Typhōeus* (Τυφωεύς 'Raucher'): ein flammenspeiendes Ungeheuer, das den Himmel zu stürmen versuchte. Jupiter bändigte es durch den Blitz u. warf die Insel Sizilien darauf; aber durch den Ätna speit es noch immer Feuer aus. — 55. *accendit*, Proserpina. — 56. *Hinc*, 'daher', um daran zu erinnern; *datur*, dh. sie wird den Ceresfesten (als eine Eigentümlichkeit) zugebilligt. — 57. *asper*

structurā, eig. wild in ihrem Aufbau, dh. 'wild gestaltet aus . . .' — 58. Ordne: *regio non homini, non ferae adeunda*. Das Gerundivum ist, namentl. bei dazutretender Negation, oft durch ein Verbaladjektiv auf -lich oder -bar zu übers.: so auch Vs. 112. — 59. Ceres fuhr auf einem von Schlangen gezogenen Wagen durch die Luft: daher *sicca*, dh. trockenen Fußes. — 61. *Syrtes*, zwei Meerbusen an der afrikan. Küste, südl. von Sizilien; *Zanclaea*, die Charybdis befindet sich in der Meerenge von Messina (Messina), das vor alters Zankle hieß. — 62. *Nisaei canes* bezeichnen die Skylla: diese war nach der Sage ein Meermädchen mit Hunden am Leibe, die die Vorüberfahrenden verschlangen. Das Beiwort *Nisaei* rührt daher, daß Ovid diese Skylla, die Tochter des Phorkos, mit der gleichnamigen Tochter des Nisos, Königs v. Megara, verwechselt hat; *naufraga* h. aktivisch. —

- Hadriacumque patens late bimaremque Corinthon:
Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.
- 65 Hic primum sedit gelido maestissima saxo:
Illud Cecropidae nunc quoque Triste vocant.
Sub Iove duravit multis immota diebus
Et lunae patiens et pluvialis aquae. —
Fors sua cuique loco est; quo nunc Cerealis Eleusin
- 70 Dicitur, hoc Celei rura fuere senis.
Ille domum glandes excussaque mora rubetis
Portat et arsuris arida ligna focis.
Filia parva duas redigebat rupe capellas,
Et tener in cunis filius aeger erat.
- 75 'Mater,' ait virgo — mota est dea nomine matris —
'Quid facis in solis incomitata locis?'
Restitit et senior, quamvis onus urget, et orat,
Tecta suae subeat quantulacumque casae.
Illa negat. Simularat anum mitrâque capillos
- 80 Presserat. Instanti talia dicta refert:
'Sospes eas semperque parens! Mihi filia rapta est.
Heu melior quanto sors tua sorte meâ est!'
Dixit, et ut lacrimae — neque enim lacrimare deorum
Decidit in tepidos lucida gutta sinûs. [est —
- 85 Flent pariter molles animis virgoque senexque,
E quibus haec iusti verba fuere senis:
'Sic tibi, quam raptam quereris, sit filia sospes:

63. *Hadriacum*, näml. mare; *bimarem Corinthon* (griech. Endung des Akk.), Korinth lag auf der Landenge zwischen dem Korinthischen und dem Saronischen Meerbusen. — 65. *sedit* von *sido*. Zu *gelido saxo* s. A. B. 5. — 66. *Cecropidae*, die Athener, von ihrem alten Könige Kekrops; *Triste* (*saxum*) ist der Eigennamen des bei Eleusis liegenden Felsens. — 67. *Sub Iove* = sub divo, indem Jupiter als Gott des Himmels für diesen selbst steht; *multis diebus*, eig. im Zeitraume vieler Tage; gewöhnlicher wäre der Akk. — 68. *lunae*, in wärmeren Gegenden sind mondheile Nächte meist kühl. — 69. *Quo* und *hoc* (Abl.) beziehe auf *loco*; *Eleusin* oder *Eleusis*, Flecken in Attika, wo die Mysterien der Ceres gefeiert wurden. — 70. *Dicitur*, näml. esse; *Celeus*, griech. Keleos, war König u. Cerespriester in Eleusis. — 71. *glandes*, die eßbaren Eicheln des Südens,

die damals noch das Getreide ersetzen mußten; denn dessen Anbau ward erst durch Triptolemos in Griechenland bekannt; *mora* h. 'Beeren'. — 72. *arsuris focis*, dh. für den Herd, der damit geheizt werden sollte. — 73. Zu *rupe* s. A. B. 5. — 74. *in cunis*, also zu Hause; sein Name Vs. 110. — 76. *solus* 'einsam'. — 77. *et* 'auch'; *senior*, im D. der Positiv; *quamvis*, wie bei Dichtern öfter, mit Indik. — *orat*, *subeat* mit ausgelassenem *ut*. — 78. *quantulacumque* 'wenn auch noch so gering'. — 79. *simularat anum* dicit. für *anum se esse*. — 80. *instanti*, näml. mit Bitten. — 81. *eas*, coniunct. hort.; *semper parens*, dh. nie deiner Kinder beraubt. — 82. *Ve* b. *quanto melior*. — 83. *ut lacrimae* verb. mit *gutta*, 'wie von einer Tr.' — 86. *iustus* h. 'recht-schaffen'. — 87. *Sic* leitet zuweilen einen Glückwunsch ein, den man un-

- Surge nec exiguae despice tecta casae!
 Cui dea 'Duc!' inquit 'scisti, qua cogere posses',
 90 Seque levat saxo subsequiturque senem.
 Dux comiti narrat, quam sit sibi filius aeger
 Nec capiat somnos invigiletque malis.
 Illa soporiferum, parvos initura penates,
 Colligit agresti lene papaver humo.
 95 Dum legit, oblito fertur gustasse palato
 Longamque imprudens exsoluisse famem.
 Limen ut intravit, luctūs videt omnia plena:
 Iam spes in puero nulla salutis erat.
 Matre salutata — mater Metanira vocatur —
 100 Iungere dignata est os puerile suo:
 Pallor abit, subitasque vident in corpore vires;
 Tantus caelesti venit ab ore vigor.
 Tota domus laeta est, hoc est materque paterque
 Nataque; tres illi tota fuere domus.
 105 Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte
 Pomaque et in ceris aurea mella suis.
 Abstinet alma Ceres, somnique papavera causas
 Dat tibi cum tepido lacte bibenda, puer. —
 Noctis erat medium placidique silentia somni:
 110 Triptoleмум gremio sustulit illa suo,
 Terque manu permulsit eum, tria carmina dixit,
 Carmina mortali non referenda sono,
 Inque foco corpus pueri vivente favillā
 Obruit, humanum purget ut ignis onus.
 115 Excutitur somno stulte pia mater, et amens

ter der Voraussetzung ausspricht, daß eine daran geknüpfte Bitte erfüllt werde; daher sind die folg. Imperative durch einen Satz mit 'wenn' wiederzugeben. — 88. *nec* st. *neve*. — 89. *qua*, Adv. = quo modo; *cogere*, me. — 90. Zu *saxo* s. A. B. 5; ebenso 94 zu *agresti humo*. — 92. *invigilet malis* 'unter Schmerzen wache'. — 93. *penates*, die Hausgötter, häufig für das Haus selbst. — 94. *lene*, wegen der beruhigenden Wirkung des Mohnsafts. — 95. *oblitus* h. seiner selbst vergessend, dh. 'unbewußt'; das Obj. zu *legit* u. *gustasse* ist leicht zu ergänzen. — 96. In *exsoluisse* st. *exsolvisse* bildet *v* als ursprünglicher Vokal eine Silbe für sich (Diäresis). — 100. *dignata est*, dh. sie ließ sich herab; *puerile* = pueri. — 101. *subi-*

tas h. 'sich neu regend'. — 105. *liquefacta coagula lacte* 'in Milch aufgelöstes Lab', also geronnene Milch, lac coactum: denn Lab (dh. Stücke getrockn. Kälbermagens) mit Süßmilch vermennt gibt geronnene Milch. — 107. *que* 'aber'; *somni carusas* 'als schlafwirkendes Mittel' ist Appos. zu *papavera*. — 109. *silentia* (A. B. 3), erant ('es herrschte'). — 110. *Triptolemus* war der Name des Knaben; *gremio suo*, abl. instr., im D. '(hob) auf ihren Schoß'. — 111. Die Dreizahl galt schon in den ältesten Zeiten für heilig; *carmina* h. 'Zaubersprüche'. — 112. *non referenda* zu Vs. 58. — 113. *vivens*, dh. noch glühend. — 114. *humanum onus*, dh. die gröberen u. schwereren sterbl. Stoffe; denn sie wollte ihn unsterblich machen. — 115. *Excutitur*

- ‘Quid facis?’ exclamat membraque ab igne rapit.
 Cui dea ‘Dum non es,’ dixit ‘scelerata fuisti:
 Irrita materno sunt mea dona metu.
 Iste quidem mortalis erit, sed primus arabit
 120 Et seret et cultā praemia tollet humo.’
 Dixit et egrediens nubem trahit inque dracones
 Transit et alifero tollitur axe Ceres.

c) Das Wiederfinden.

- Errat et in caelo liquidique immunia ponti
 Alloquitur gelido proxima signa polo:
 125 ‘Parrhasides stellae — namque omnia nosse potestis,
 Aequoreas numquam cum subeatis aquas —,
 Persephonen natam miserae monstrate parenti!’
 Dixerat. Huic Helice talia verba refert:
 ‘Crimine nox vacua est; Solem de virgine raptā
 130 Consule, qui late facta diurna videt!’
 Sol aditus ‘Quam quaeris,’ ait ‘ne vana labores,
 Nupta Iovis fratri tertia regna tenet.’
 Questa diu secum sic est affata Tonantem,
 Maximaque in vultu signa dolentis erant:
 135 ‘Si memor es, de quo mihi sit Proserpina nata,
 Dimidium curae debet habere tuae.
 Orbe pererrato sola est iniuria facti

somno (A. B. 5) ‘fährt aus dem Schläfe auf’; *stulte pia* (h. ‘lebend’) wird durch das folgende D.stichon erklärt. — 116. *membra* = corpus pueri. — 117. *Dum non es* (scelerata), *scelerata fuisti* ‘ohne schuld g zu sein, hast du dich schuldig gemacht’, indem du aus Mutterliebe das Glück deines Kindes gehindert hast. — 119. *erit* ‘wird bleiben’; Ceres unterwies später den Triptolemos im Ackerbau u. ließ diesen durch ihn auch über andere Gegenden verbreiten. — 121. *nubem trahit*, näml. um sich; *dracones* für den Drachenwagen. — 122. *axis* für currus.

123. Nachdem Ceres alle Länder und Meere durchheilt hat, irrt sie auch (*et*) über den Himmel hin. *immunia ponti signa*, die Gestirne des großen u. kleinen Bären, die nie (beim Untergang) ins Meer tauchen, sondern oben am Himmel verbleichen. — 125. *Parrhasides stel-*

lae heißen sie, weil die Arkadierin Kallisto in eine Bärin verwandelt u. dann unter die Sterne versetzt worden war; *Parrhasia* aber war eine Stadt in Arkadien. — 128. *Helice*, das Drehgestirn, ein anderer Name für den großen Bären, weil seine Drehung besonders in die Augen fällt. — 129. ‘Die Nacht trifft kein Vorwurf.’ — 131. *aditus*, Part.; *vana* (acc. adv.) *laborare* ‘sich unnötige Mühe machen’. Ordne: (ea,) *quam quaeris, regna tertia tenet, nupta fratri Iovis*. Jupiter war Herr des Himmels, Neptunus des Meeres, Pluto der Unterwelt: vgl. Vs. 145f. — 134. *dolentis* im D. ‘der Trauer’. — 136. Sinn: sie hat gleichen Anspruch auch auf deine Fürsorge. — 137. *iniuria facti* ‘die ungerechte Tat’; Sinn: ich weiß nur, daß u. von wem sie geraubt ist, habe sie aber noch nicht zurück; denn jetzt hat sie der Räuber als Lohn seiner frevelhaften Tat (*com-*

- Cognita; commissi praemia raptor habet.
 At neque Persephone digna est praedone marito,
 140 Nec gener hoc nobis more parandus erat.
 Verum impune ferat; nos haec patiemur inultae:
 Reddat, et emendet facta priora novis!
 Iuppiter hanc lenit factumque excusat amore,
 'Nec gener est nobis ille pudendus' ait;
 145 'Non ego nobilior: posita est mihi regia caelo,
 Possidet alter aquas, alter inane chaos.
 Sed si forte tibi non est mutabile pectus
 Statque semel iuncti rumpere vincla tori,
 Hoc quoque temptemus, siquidem ieiuna remansit:
 150 Si minus, inferni coniugis uxor erit.'
 Tartara iussus adit sumptis Caducifer alis
 Speque redit citius visaque certa refert.
 'Rapta tribus' dixit 'solvit ieiunia granis,
 Punica quae lento cortice poma tegunt.'
 155 Haud secus indoluit, quam si modo rapta fuisset,
 Maesta parens longā vixque refecta morā est.
 Atque ita 'Nec nobis caelum est habitabile' dixit;
 'Taenaria recipi me quoque valle iube!'
 Et factura fuit, pactus nisi Iuppiter esset,
 160 Bis tribus ut caelo mensibus illa foret.
 Tum demum vultumque Ceres animumque recepit
 Imposuitque suae spicea sarta comae.
 Largaque provenit cessatis messis in arvis,
 Et vix congestas area cepit opes.

missi) in seiner Gewalt. — 139. *mari-*
to 'als . . .' — 141. *impune ferre*
 'ungestraft davonkommen'; *inultae*,
 indem wir es uns nicht anfechten
 lassen, 'ruhig'. — 142. *Reddat* u.
emendet als Voraussetzungen für
 die Verzeihung, 'nur muß er . . .';
novis, factis, näml. durch Zurück-
 gabe der Geraubten. — 144. *nec . . .*
ait = *et ait*: non . . . (*est*). — 145. *nobi-*
lior, sum (quam Pluto). Zu *caelo*
 s. A. B. 5; ebenso Vs. 160. — 146.
alter . . . alter, fratrum meorum;
inane, denn die Schatten des Toten-
 reiches sind wesenlos. — 148. *Stat*
 'es steht fest, ist fest beschlossen';
torus h. 'die Ehe'. — 149. *siquidem*
 mit *si* trotz der Zusammensetzung aus
si u. *quidem*. — 150. *erit* = manebit.
 — 151. *iussus*, im D. Adv. 'auf Ge-
 heiß'; *Caducifer*, Mercurius, der als
 Götterbote den Heroldstab (*cadu-*

ceus) u. an den Schuhen Flügel trug.
 — 154. *quae* f. qualia 'dergleichen';
Punica poma 'Granatäpfel'; *lentus*
 'zäh'. — 156. Ordne: *et vix refecta*
est longā morā. — 157. *Nec nobis* =
 ne nobis (dh. mihi) quidem 'auch für
 mich nicht'. — 158. *Taenariā valle*
 (abl. instr.) 'in der tänarischen
 Schlucht', beim Vorgebirge *Taenā-*
rum an der Südspitze v. Lakonika,
 wo der Sage nach ein Eingang in
 die Unterwelt war: dieser steht hier
 für die Unterwelt selbst. — 159.
factura fuit, nisi ist mehr als fe-
 cisset, nisi: sie war schon im Begriff
 (sich in die Schlucht zu stürzen)
 u. hätte es sicher getan, wenn nicht
 usw. — 160. *Bis tribus mensibus*,
 abl. temp. auf die Fr.: während
 welcher Zeit? *illa*, Proserpina. —
 161. *vultum*, dh. ihre gewohnte
 heitere Miene. — 163. *cessatis*, be-

13. Das goldene Zeitalter. Met. I 89 ff.

- Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo,
 Sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.
 Poena metusque aberant, nec verba minantia fixo
 Aere legebantur, nec supplex turba timebat
 5 Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.
 Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,
 Montibus in liquidas pinus descenderat undas,
 Nullaque mortales praeter sua litora norant.
 Nondum praecipites cingebant oppida fossae,
 10 Non tuba directi, non aeris cornua flexi,
 Non galeae, non ensis erant: sine militis usu
 Mollia securae peragebant otia gentes.
 Ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis
 Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus,
 15 Contentique cibus nullo cogente creatis
 Arbuteos fetūs montanaque fraga legebant
 Cornaque et in duris haerentia mora rubetis
 Et, quae deciderant patula Iovis arbore, glandes.
 Ver erat aeternum, placidique tepentibus aurīs
 20 Mulcebant zephyri natos sine semine flores.
 Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
 Nec renovatus ager gravidis cānebat aristis.
 Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
 Flavaque de viridi stillabant ilice mella.

achte dieses kühne part. perf. pass. eines intrans. Verbums! Während des Umherirrens der Ceres war das Land unfruchtbar gewesen. — 164. *viz* verbinde mit *cepit*.

13, 1. *prima* 'zuerst'; *vindice nullo*, abl. abs., übers. 'ohne . . .' — 3. *verba minantia* bezieht sich auf Gesetze, die, auf ehernen Tafeln (*aere*, s. A. B. 5) verzeichnet, an öffentl. Plätzen angeschlagen wurden. — 4. *supplex turba*, der Angeklagte mit seinen Freunden, die das Mitleid der Richter anflehten. — 5. *ora* 'das Antlitz', s. A. B. 3; *erant* 'man . . .' — 6f. Verb. *nondum pinus caesa descenderat* (de) *montibus suis*; *suis* 'heimisch' im Ggs. zu *peregrinum*; *orbis* h. 'Erdteil'. — 7. *descenderat*, als Bauholz für Schiffe. — 8. *norant* = *noverant*. — 9ff. Beachte die nachdrückl. Wiederholung von *nondum* (Vs. 6 u. 9) u.

non Vs. 10 u. 11 (*Anaphōra*). — 10. *directi* (*aeris*) u. *flexi aeris*, gen. qual.; *dirigere* (verschieden v. *dirigere*) heißt 'gerade richten'. — 11. *sine militis usu* 'ohne des Kriegers zu bedürfen', wörtlich? — 12. *peragere otia* h. 'in Ruhe dahingleben'; *mollis* 'behaglich'. — 13. Verb. *ipsa tellus*; *immunis* 'frei v. Dienstbarkeit'. — 14. *per se* = *suā sponte*. — 15. *nullo cogente*, abl. abs., übers. 'ohne Zwang'. — 16. *Arbuteos fetūs* = *fetūs arbuti*. — 17. *mora* 'Beeren'; *glandes*, die Eicheln der südlichen Gegenden sind eßbar. — 18. Zu *patulā arbore* s. A. B. 5. Die Eiche war dem Jupiter heilig. — 20. *mulcere* h. 'fächeln'. — 22. *Nec renovatus* 'und ohne neu bearbeitet zu sein'; *cānebat* v. *cāneo!* — 23. *iam . . . iam* ('jetzt . . . jetzt'), übers. 'da floß Milch, da floß süßer Wein (*nectar*) in Strömen'.

14. Ceres verwandelt einen Knaben in eine Eidechse.

Met. V 438 ff.

- Interea pavidae nequiquam filia matri
 Omnibus est terris, omni quaesita profundo.
 Illam non udis veniens Aurora capillis
 Cessantem vidit, non Hesperus; illa duabus
 5 Flammiferas pinūs manibus succendit ab Aetna
 Perque pruinosas tulit inrequieta tenebras.
 Rursus, ubi alma dies hebetarat sidera, natam
 Solis ab occasu solis quaerebat ad ortūs.
 Fessa labore sitim collegerat, oraque nulli
 10 Colluerant fontes, cum tectam stramine vidit
 Forte casam parvasque fores pulsavit; at inde
 Prodit anus divamque videt, lymphamque roganti
 Dulce dedit, tostā quod texerat ante polentā.
 Dum bibit illa datum, duri puer oris et audax
 15 Constitit ante deam risitque avidamque vocavit.
 Offensa est, neque adhuc epota parte loquentem
 Cum liquido mixtā perfudit diva polentā.
 Combibit os maculas, et quae modo bracchia gessit,
 Crura gerit; cauda est mutatis addita membris;
 20 Inque brevem formam, ne sit vis magna nocendi,
 Contrahitur, parvāque minor mensura lacertā est.
 Mirantem flentemque et tangere monstra parantem
 Fūgit anum latebramque petit, aptumque pudori
 Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

14. 1. *filia*, Proserpina, die von Pluto geraubt worden war, vgl. Nr. 12; *matri*, Cereri: der Dat. beim Pass. statt a mit Abl. — 2. Verb. *quaesita est* u. beachte A. B. 5; *profundum* st. mare. — 3. *Illam*, matrem; wozu *non* gehört, sieht man aus *non Hesperus*; *udis*, weil sie dem Meere entsteigt u. Tau bringt. — 4. *duabus manibus*, so daß sie in jeder Hand eine hielt. — 5. *ab 'am'*. — 8. *Solis occasus* u. *ortus* verstehe hier von den Himmels-gegenden. — 9. *sitim colligere* 'Durst kriegen'; zu *ora* s. A. B. 3. — 13. *Dulce* (h. Subst.) 'einen süßen Trank'; *tostā texerat polentā*, sie hatte den Trank zuvor (*ante*) mit Gerstenmalz bestreut. — 14. *durum* os 'eine freche Stirn'; *audax* 'dreist'.

— 15. *avidam*, näml. im Trinken, also etwa 'eine Säuferin'. — 16f. Ordne beim Übers.: *et nondum epotā parte* (durch 'da' aufzulösen) *diva perfudit loquentem polentā mixtā cum liquido* (Subst.). — 18. *os* 'das Gesicht' (die Haut); *quae modo* usw.: seine bisherigen Arme sind nun Beine; wörtlich? — 21. *contrahitur*, Subj. puer. — (*minor*) *parvā lacertā* = *mensurā parvae lacertae*. — 22. *monstra* 'das Wundertier'; *parare* h. 'sich anschicken'. — 23. *petit* = *petiit*. — 24. *nomen*, näml. *stelio* (die Sterneidechse); *aptum pudori*, dh. bei dem man sich schämen muß, denn *stelio* bedeutet auch einen boshaften, neidischen Menschen; *stellatus* löse durch 'da' auf; *corpora* (s. A. B. 3) acc. limit. (A. B. 4).

15. Battus. Met. II 680 ff.

- Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
 Texit onusque fuit baculum silvestre sinistrae,
 Alterius dispar septenis fistula cannis.
 Dumque amor est curae, dum te tua fistula mulcet,
 5 Incustoditae Pylios memorantur in agros
 Processisse boves. Videt has Atlantide Maiā
 Natus et arte sua silvis occultat abactas.
 Senserat hoc furtum nemo nisi notus in illo
 Rure senex: Battum vicinia tota vocabant.
 10 Divitis hic saltūs herbosaque pascua Nelei
 Nobiliumque greges custos servabat equarum.
 Hunc tenuit blandaque manu seduxit et illi
 'Quisquis es, hospes,' ait 'si forte armenta requirit
 Haec aliquis, vidisse nega! Neu gratia facto
 15 Nulla rependatur, nitidam cape praemia vaccam!
 Et dedit. Acceptā voces has reddidit hospes:
 'Tutus eas; lapis iste prius tua furta loquetur'
 Et lapidem ostendit. Simulat Iove natus abire;
 Mox redit et versā pariter cum voce figurā
 20 'Rustice, vidisti siquas hoc limite' dixit
 'Ire boves, fer opem furtoque silentia deme!
 Iuncta suo pariter dabitur tibi femina tauro.'
 At senior, postquam est merces geminata, 'Sub illis

15, 1. *Illud* weist auf die in den Metamorphosen vorausgehende Erzählung zurück; *te*, angeredet ist Apollo, der damals in Elis und Messenien (*Pylii agri* Vs. 5) eine den Göttern gehörende Rinderherde weidete. — 3. *Alterius* (s. A. B. 1), *manūs onus*; *dispar*, die Flöte war aus immer kleiner werdenden Rohren zusammengesetzt; *septenis* = septem. — 4. *Dum amor est curae*, Apollo hatte die von ihm geliebte Korōnis im Jähzorn getötet; *mulcet* h. 'beruhigt'. — 5. *Pylios*, von Pylos, einer Stadt in der peloponnesischen Landschaft Elis. — 6. *Atlantide Maiā* (s. A. B. 5) *natus*, Merkur, dessen Mutter *Maiā* eine Tochter des *Atlas* war: sein Vater war Jupiter, wesh. er Vs. 18 *Iove natus* heißt. — 7. *suus* 'ihm eigentümlich', denn Merkur war der Gott aller List u. selbst des Diebstahls. — 9. *vicinia vocabant*,

constr. ad sensum: *vicinia* als Kollektivbegriff umfaßt eine Mehrzahl von Personen. — 10. *Nelei*, zweisilbig; Neleus, der Vater Nestors, war König v. Pylos. — 11. Verb. *greges nobilium equarum*. — 12. *Hunc*, Battum; *tenuit*, näml. sermone; Subj. Mercurius. — 14. *aliquis* mit Nachdruck 'irgend jemand', wobei er zunächst an den rechtmäßigen Besitzer denkt; *vidisse*, das Subj. (te) ist ausgelassen; *neu gratia nulla rependatur*, dh. u. damit der Dank nicht ausbleibe; *facto* 'für einen Dienst'. — 15. Zu *praemia* s. A. B. 3. — 16. *Acceptā*, näml. *vaccā*, abl. abs. — 17. *eas*, conjunct. hort.; *prius*, quam ego. — 18. *abire*, Subj. se. — 20. Verb. *si vidisti quas boves ire*. — 21. Das Schweigen verdeckt gleichsam den Diebstahl. — 22. *pariter iuncta*, gesellig, dh. 'zu einem Paare verbunden'; *femina* st. *vacca*. — 23. *senior*, im D.

- Montibus' inquit 'erunt'. Et erant sub montibus illis.
 25 Risit Atlantiades et 'Me mihi, perfide, prodis?
 Me mihi prodis?' ait, periuramque pectora vertit
 In durum silicem, qui nunc quoque dicitur Index.

16. Icarus. Met. VIII 183 ff.

- Daedalus interea, Creten longumque perosus
 Exsilium tactusque loci natalis amore,
 Clausus erat pelago. 'Terras licet' inquit 'et undas
 Obstruat, at caelum certe patet: ibimus illac.
 5 Omnia possideat, non possidet aëra Minos.'
 Dixit et ignotas animum dimittit in artes
 Naturamque novat. Nam ponit in ordine pennas
 [A minima coeptas, longam brevior sequente],
 Ut clivo crevisse putes. Sic rustica quondam
 10 Fistula disparibus paulatim surgit arenis.
 Tum lino medias et ceris alligat imas
 Atque ita compositas parvo curvamine flectit,
 Ut veras imitetur aves. Puer Icarus una
 Stabat et, ignarus sua se tractare pericla,
 15 Ore ridenti modo, quas vaga moverat aura,
 Captabat plumas, flavam modo pollice ceram
 Mollibat lusuque suo mirabile patris
 Impediebat opus. Postquam manus ultima coeptis

Positiv. — 24. *erant* ist stark zu betonen, desh. 'wirklich' einzufügen. — 26. *periura pectora* dicht. für *hominem periurum*. — 27. *In silicem*, mit Rücksicht auf Vs. 17.

16, 1. *Daedalus*, berühmter Künstler u. Vater des Ikaros, hatte aus seiner Vaterstadt Athen nach Kreta fliehen müssen, wo er das Labyrinth baute, dann aber vom Könige Minos gegen seinen Willen festgehalten wurde; *Creten*, griech. Form des *Akk.* = *Cretam*; *perosus u. tactus* (= *captus*) löse als Konzessivsätze auf. — 2. *loci natalis* = *patriae*. — 3. (*licet*) *obstruat* (*Minos*), *coniunct.* concess.; ebenso Vs. 5. *possideat*. — 5. *aëra*, *acc. sing.* mit griech. Endung; ebenso Vs. 30 u. *aethera* Vs. 35. — 6. *animum dimittit*, entsendet die Gedanken, dh. vertieft sich in . . . — 7. *Naturam novat* 'ändert die (menschl.) Natur ab',

indem er sich Flügel zulegt. — 8. *longam brevior sequente* paßt nicht zu *a minima coeptas*; dann müßte es vielmehr *longā brevior sequente* heißen. — 9. *Ut (in) clivo (eas) crevisse putes* (*coniunct. pot. 'man'*): er erreichte dies dadurch, daß er Federn von verschiedener Länge verwendete; *quondam* heißt in Vergleichen oft 'bisweilen'; übers. 'wohl'. — 10. *disparibus*, der Länge nach; *surgit* 'baut sich auf'. — 11. *linum* h. 'Faden'; *medias u. imas*, im D. Adv. — 12. *parvo curv. flectit*, dh. er zieht sie ein wenig krumm. — 13. *veras aves* st. *veras avium alas*; *una* (Adv.) = *iuxta (patrem)*. — 14. *sua se tractare pericla* 'daß er mit seiner eignen Gefahr tändele', wörtlich? — 15. *moverat*, *loco.* — 17. *Mollibat*, ältere Form für *molliebat*. — 18. *Impediebat* = *morabatur*. —

- Imposita est, geminas opifex libravit in alas
 20 Ipse suum corpus, motaque pependit in aura.
 Instruit et natum, 'Medio' que 'ut limite curras,
 Icare,' ait 'moneo, ne, si demissior ibis,
 Unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat.
 Me duce carpe viam!' Pariter praecepta volandi
 25 Tradit et ignotas umeris accommodat alas.
 Inter opus monitūque genae maduere seniles,
 Et patriae tremuere manūs. Dedit oscula nato
 Non iterum repetenda suo, pennisque levatus
 Ante volat comitique timet, velut ales, ab alto
 30 Quae teneram prolem produxit in aëra nido;
 Hortaturque sequi damnosasque erudit artes,
 Et movet ipse suas et nati respicit alas.
 Hos aliquis, tremula dum captat harundine pisces,
 Aut pastor baculo stivave innixus arator
 35 Vidit et obstipuit, quique aethera carpere possent,
 Credidit esse deos. Et iam Iunonia laevā
 Parte Samos — fuerant Delosque Parosque relictæ —,
 Dextra Lebinthus erat fecundaque melle Calymne:
 Cum puer audaci coepit gaudere volatu
 40 Deseruitque ducem caelique cupidine tractus
 Altius egit iter. Rapidi vicinia solis
 Mollit odoratas, pennarum vincula, ceras.
 Tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos,
 Remigioque carens non ullas percipit auras,
 45 Oraque caeruleā patrium clamantia nomen
 Excipiuntur aquā, quae nomen traxit ab illo.

19. *libravit in alas corpus* 'hängte' den Körper ins Gleichgewicht zwischen die Fittiche'. — 20. *mota*, durch die Flügel.

21. *et 'auch'*; ordne: *aitque 'Moneo, ut medio limite (A. B. 5.) curras' (h. 'fliegen')*. — 22. *demissior* 'zu tief'. — 23. *ignis, solis*. — 26. *opus* beziehe auf *accommodat alas*. Für *seniles* (ebenso Vs. 29 für *patriae*) im D. der Gen. des entsprechenden Subst. — 28. *Non repetenda* 'die er nicht wiederholen sollte'. — 29. *Ante*, Adv. — 31. *Hortatur* (Daedalus Icarum) *sequi* f. ut sequatur; *erudire* mit dopp. Akk. (eum u. artes) wie docere. — 33ff. Verb. *Hos aliquis vidit, dum . . ., aut pastor aratorve* 'diese sah wohl einer . . .'; *harundo* h. 'Angelrute'. — 34. Auch zu *baculo* gehört *innixus*. — 35f. Ordne: et

credidit deos esse (eos), qui . . . possent; aethera carpere ('durchfliegen') ist nach *viam carpere* Vs. 24 gebildet. — 36. *Iunonia*, weil Juno vorzügl. auf Samos verehrt ward. Der Flug ging im Bogen erst nördl. über die Zykladen und dann östl. zwischen Samos und den beiden südl. davon gelegenen kleinen Inseln Lebinthos u. Kalymne hindurch. Verb. *laevā* mit *Parte* (A. B. 5). Das *erat* Vs. 38 gehört auch zu diesem Satzgliede. — 41. *Rapidus* h. 'verzehrend'. — 42. *odoratas* 'duftend' beim Schmelzen. — 43. *nudos*, nämlich alis, wofür dann *remigio* steht. — 44. *non ullas percipit auras* 'fängt keine Luft mehr auf', die ihn hätte tragen können. — 45. Zu *Ora* s. A. B. 3. — 46. *nomen*, den Namen *mare Icarium*; dieses liegt zwischen Chios u.

- At pater infelix, nec iam pater 'Icare!' dixit,
 'Icare,' dixit 'ubi es? qua te regione requiram?'
 'Icare!' dicebat: pennas aspexit in undis
 50 Devovitque suas artes, corpusque sepulcro
 Condidit. Est tellus a nomine dicta sepulti.

17. Philemon und Baucis. Met. VIII 618 ff.

- Immensá est finemque potentia caeli
 Non habet, et quidquid superi voluere, peractum est.
 Quoque minus dubites, tiliae contermina quercus
 Collibus est Phrygiis, modico circumdata muro.
 5 Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim,
 Nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.
 Iuppiter huc specie mortali cumque parente
 Venit Atlantiades positis caducifer alis.
 Mille domos adiere locum requiemque petentes:
 10 Mille domos clausere serae. Tamen una recepit,
 Parva quidem, stipulis et cannâ tecta palustri,
 Sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon
 Illâ sunt annis iuncti iuvenalibus, illâ
 Consenuere casâ, paupertatemque fatendo
 15 Effecere levem nec iniqua mente ferendo.
 Nec rēfert, dominos illic famulosne requiras:
 Tota domus duo sunt, idem pārentque iubentque.
 Ergo ubi caelicolae parvos tetigere penates
 Submissoque humiles intrarunt vertice postes,
 20 Membra senex posito iussit relevare sedili,
 Quo super iniecit textum rude sedula Baucis.

Kos. — 47. *nec iam* 'und doch nicht mehr'. — 48. Zu *qua regione* s. A. B. 5. — 49. Beachte das Imperfekt *dicebat* nach *dixit*: in Prosa würde vor *pennas* das sog. cum inversum stehen. — 51. *tellus*, die Insel Ikaros südl. von Chios.

17, 3. *Quoque* = Et ut eo. Sinn: und als Beweis dafür steht eine Eiche usw. — 4. Zu *Collibus* s. A. B. 5; ebenso zu *Illâ casâ* Vs. 13. — 6. *celebres mergis* 'belebt von zahlreichen . . .' — 7. *mortali* st. *hominis mortalis*. — 8. *Atlantiadēs*, Mercurius; *caducifer*, obgleich er wohl jetzt den caduceus nicht bei sich trägt, wie er ja auch die Flügel abgelegt hat (*positis*). — 9. *locum requiemque* = locum requiescendi. — 11. *Parva quidem, sed . . .* eine verkürzte, aber sehr ansprechende

Gegenüberstellung. Sinn: es war zwar klein, aber es wohnten liebe Leute darin (*pia B.* etc.). — 13. *Illâ* verb. mit *casâ* (A. B. 5). — 14. *fatendo*, dh. dadurch, daß sie ihre Armut nicht (aus falscher Scham) verleugneten. — 15. *nec iniqua mente* = et *mente non iniquâ* 'und ohne Unmut'. — 16. *rēfert* nicht mit *rēfert* zu verwechseln! *dominos famulosne requiras*, abhäng. Doppelfrage; Sinn: sie sind zugleich Herren u. Diener, haben also keine Dienerschaft. — 17. *idem* = iidem.

18. *parvos penates* bildl. für *parvam domum*; ebenso 19. *humiles postes* für *humilem ianuam*. — 20. *iussit*, eos; sie sollen auf einer zurechtgerückten (*posito*) Bank sich ausruhen (*membra relevare*). — 21. *quo*

- Inque foco tepidum cinerem dimovit, et ignes
 Suscitāt hesternos, foliisque et cortice sicco
 Nutrit et ad flammās anima producit anili;
- 25 Multifidasque faces ramaliaque arida tecto
 Detulit et minuit parvoque admovit aëno;
 Quodque suus coniunx riguo collegerat horto,
 Truncat holus foliis. Furcā levat illa bicorni
 Sordida terga suis nigro pendentia tigno,
- 30 Servatoque diu resecat de tergore partem
 Exiguam sectamque domat ferventibus undis.
 Interea medias fallunt sermonibus horas,
 Concutiuntque torum de molli fluminis ulva
 Impositum lecto sponda pedibusque salignis.
- 35 Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
 Sternere consuērant; sed et haec vilisque vetusque
 Vestis erat, lecto non indignanda saligno.
 Accubuere dei. Mensam succincta tremensque
 Ponit anus; mensae sed erat pes tertius impar:
- 40 Testa parem fecit; quae postquam subdita clivum
 Sustulit, aequatam mentae tersere virentes.
 Ponitur hic bicolor sinceræ baca Minervæ
 Conditaque in liquidā corna autumnalia faece
 Intibaque et radix et lactis massa coacti

super, eig. wohin darüber, also 'worüber'; *textum* = stragulum. — 24. *anilis* h. 'altersschwach'. — 25. *faces* 'Kienspäne'; *tecto* st. de tecto (A. B. 5) 'vom Boden herunter'. — 26. *minuere* h. 'zerkleinern'; *aënum* = (eherner) Kessel. — 27. Ordne: et *holus*, *quod* usw.; *suius* nicht statt *eius*, sond. es bezeichnet die enge Beziehung zu ihrem Gatten, etwa 'ihr lieber Mann'. Zu *riguo* horto s. A. B. 5. — 28. *truncat foliis*, im D. ein Wort; *foliis*, abl. separ.; *levat* h. 'hebt herunter'. — 29. *suis*, also? *sordida*, durch den Rauch; zu *nigro tigno* s. A. B. 5. — 30. Ordne: Et de tergore diu servato. — 31. *domat*, dh. 'kocht weich'.

32. *fallunt medias horas*, dh. sie verkürzen (den Gästen) die Wartezeit. — 33. *torus* h. 'das Polster', das auf das Liegegestell (*lectus*) gelegt zu werden pflegt. — 34. *spondā pedibusque salignis* (wobei *salignis* auch zu *spondā* gehört), abl. qual. zu *lecto*. — 35. *Vestes* h. 'Decken';

non nisi = nur. — 36. *consuērant* (dreisilbig) = consueverant; *et* = etiam. — 37. *lecto* (Dat.) *non indignanda* ist scherzhaft gesagt, 'so daß sich die Lagerstätte nicht darüber zu entrüsten brauchte', als wäre die Decke für sie zu kostbar. — 38. *Accubuere*, bekanntl. pflegte man sich zu Tisch zu legen; *succinctus* 'aufgeschürzt', um beim Bedienen nicht behindert zu werden. — 40. *clivus* 'die Neigung' des Tisches nach der einen Seite. — 41. *aequatam*, mensam; *mentae*, wohl in Ermangelung eines Schwammes; sinnigerweise wählt das Mütterchen für diesen Zweck ein angenehm duftendes Kraut. — 42. Zunächst wird das Voressen (ital. antipasto) aufgetragen, *baca Minervæ*, die Olive, denn der Ölbaum war der Min. heilig; *bicolor*, weil unreif grün, reif schwarz; *sinceræ* 'der jungfräulichen'. — 43. *Conditus* h. 'eingelegt'. — 44. *Intibum* gibt eine Art Salat; *radix* h. 'Rettig'; *massa*, die geronnene Milch ist schon fest gewor-

- 45 Ovaque non acri leviter versata favillā:
 Omnia fictilibus. Post haec caelatus eodem
 Sistitur argento crater fabricataque fago
 Pocula, qua cava sunt, flaventibus illita ceris.
 Parva mora est, epulasque foci misēre calentes,
- 50 Nec longae rursus referuntur vina senectae
 Dantque locum mensis paulum seducta secundis.
 Hic nux, hic mixta est rugosis Carica palmis
 Prunaeque et in patulis redolentia māla canistris
 Et de purpureis collectae vitibus uvae.
- 55 Candidus in medio favus est. Super omnia vultūs
 Accessere boni nec iners pauperque voluntas.
 Interea totiens haustum cratera repleri
 Sponte sua per seque vident succrescere vina.
 Attoniti novitate pavent manibusque supinis
- 60 Concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon,
 Et veniam dapibus nullisque paratibus orant.
 Unicus anser erat, minimae custodia villae;
 Quem dis hospitibus domini mactare parabant.
 Ille celer penna tardos aetate fatigat
- 65 Eluditque diu, tandemque est visus ad ipsos
 Confugisse deos. Superi vetuere necari,
 'Di' que 'sumus, meritasque luet vicinia poenas
 Impia' dixerunt; 'vobis immunibus huius

den, also wohl 'Quark'. — 45. *non acri* übers. 'nicht mehr glühend'. — 46. Zu *fictilibus* s. A. B. 5; *eodem argento*, nämlich wie die eben erwähnten Tongefäße, scherzhaft statt: ebenfalls von Ton; auch *caelatus* paßt ja eigentlich nur auf Gefäße aus edlem Metall. — 48. *quā cava sunt*, dh. auf der Innenseite. — 49. *Parva mora est*, . . . *que* 'nicht lange, so . . .' — Zu *foci* s. A. B. 3; *epulas calentes* im Ggs. zu den kalten Vorspeisen. — 50. Ordne: *et vina non longae senectae* (gen. qual.) *rursus referuntur*. Da mit dem Hauptgerichte, aus dem gekochten Schweinsrücken bestehend, zugleich der Nachtisch (*mensae secundae*) erscheint, so wird das Weingefäß unterdes wieder weggenommen (*rursus referuntur*), um, ein wenig beiseite gestellt (*paulum seducta*), diesen Speisen Platz zu machen. — 52. *Hic*, beim Nachtisch; *palmis* h. 'Datteln'; *rugosae*, weil sie getrocknet sind. — 56. *boni* 'freundlich'. — Durch *nec* wird sowohl *iners* als *pauper* verneint: 'und ein unver-

drossener, nicht geizender guter Wille'.

57. *totiens haustum* 'aus dem so oft geschöpft worden war'; *craterā*, griech. acc. sing.; *repleri*, übers. reflexiv. — 58. *per se* 'von selbst'. — 59. *novitas* = das Neue, Unerhörte, also 'die Wundererscheinung'; *manibus supinis*, mit nach oben offenen Händen, wie Betende und Flehende zu tun pflegten; übers. jedoch 'mit erhobenen Händen'. — 60. *Concipiunt preces* 'sprechen Gebete', eig. fassen G. in Worte. — 61. *dapibus* 'für . . .'; *nullis paratibus* 'Mangel an aller Zurüstung'. — 62. *custodia* st. *custos*: so Vs. 89 *tutela* st. *tutores*. Den Römern galt die Gans wegen der Rettung des Kapitols für ein besonders wachsames Tier. — 63. *hospitibus* 'die ihre Gäste waren'. — 65. *est visus* 'man sah, daß sie': ebenso Vs. 79 *videntur*. — 66. *necari*, eum. — 67. *Dique*, wozu gehört das Bindewort? Vgl. unten Vs. 95. — 68. *vobis dabitur* ('soll gewährt sein') *immunibus*

- Esse mali dabitur, modo vestra relinquite tecta
 70 Ac nostros comitate gradūs et in ardua montis
 Ite simul! Pārent ambo baculisque levati
 Nituntur longo vestigia ponere clivo.
 Tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta
 Missa potest: flexere oculos et mersa palude
 75 Cetera prospiciunt, tantum sua tecta manere.
 Dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum,
 Illa vetus, dominis etiam casa parva duobus,
 Vertitur in templum: furcas subiere columnae,
 Stramina flavescent aurataque tecta videntur
 80 Caelataeque fores adopertaque marmore tellus.
 Talia tum placido Saturnius edidit ore:
 'Dicite, iuste senex et femina coniuge iusto
 Digna, quid optetis.' Cum Baucide pauca locutus
 Iudicium superis aperit commune Philemon:
 85 'Esse sacerdotes delubraque vestra tueri
 Poscimus; et, quoniam concordēs egimus annos,
 Auferat hora duos eadem, nec coniugis umquam
 Busta meae videam, neu sim tumulandus ab illa!
 Vota fides sequitur: templi tutela fuere,
 90 Donec vita data est. Annis aevoque soluti
 Ante gradūs sacros cum starent forte locique
 Narrarent casūs, frondere Philemona Baucis,
 Baucida conspexit senior frondere Philemon.
 Iamque super geminos crescente cacumine vultūs
 95 Mutua, dum licuit, reddebant dicta 'Vale' que
 'O coniunx!' dixere simul, simul abdita textit
 Ora frutex. Ostendit adhuc Thynēus illic
 Incola de gemino vicinos corpore truncos.

esse, der dat. c. inf. wie bei licet; *immunis* c. gen. wie *expers*. u. ä. — 70. Die akt. Form *comito* ist nur dichterisch; *in ardua montis* 'auf die Höhe des Berges'. — 71. *simul* = nobiscum. — 72. Zu *longo clivo* s. A. B. 5. 73. *summo*, *clivo*; in Prosa ist der bloße Abl. bei *abesse* nicht üblich. Verb. *semel missa*. — 74. Ordne: *prospiciunt cetera mersa* (*esse*) *palude*. — 76. *ea*, die erwähnte Erscheinung; *suorum* h. 'ihrer Nachbarn'. — 77. Ordne: *illa vetus casa, etiam* ('sogar') *duobus dominis* ('Besitzer') *parva*. — 78. *furcas subiere columnae* 'an die Stelle der gabelförmigen Stützen (des Daches) traten Säulen'. — 79. *flavescent* wird sogleich durch *aurata* erläutert; *tecta* (A. B. 3) h. 'das Dach'. — 81.

Saturnius, Jupiter, als Sohn des Saturnus. — 82. *iustus* h. 'rechtschaffen'. — 84. *Iudicium* h. 'Beschluß'. — 86. *poscere* c. inf., was sonst nicht üblich, 'sich erbitten, ausbitten'; *concordes*, im D. Adv. — 88. *videam* u. *sim*, coniunct. optat. 89. *fides* h. 'die Erfüllung' des Versprochenen; *tutela* zu Vs. 62. — 90. *solutus* 'entkräftet'. — 92. *Philemona* und *Baucida*, griech. Akkusativformen. — 93. *senior* 'der greise'. — 94. *geminos* für *utriusque*; ähnl. Vs. 98. — 95. *Mutua reddebant*, im D. ein Wort; *valeque*, vgl. oben Vs. 67. — 96. *abdita textit*, im D. beide Verba koordiniert. — 97. *Thynēus*, die Thyni wohnten am thrasischen Bosphorus. — 98. *de gemino corpore* attributiv, als ob *ortos* dabeistünde.

- Haec mihi non vani (neque erat, cur fallere vellent)
 100 Narravere senes. Equidem pendentia vidi
 Serta super ramos, ponensque recentia dixi:
 'Cura deūm di sunt, et, qui coluere, colantur.'

18. Midas. Met. XI 87 ff.

- Pactōlon fluvium, quamvis non aureus illo
 Tempore nec caris erat invidiosus harenis,
 Bacchi assueta cohors, satyri Bacchaeque, frequentant;
 At Silēnus abest. Titubantem annisque meroque
 5 Ruricolae cepere Phryges, vinctumque coronis
 Ad regem duxere Midan, cui Thracius Orpheus
 Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
 Qui simul agnovit socium comitemque sacrorum,
 Hospitis adventu festum genialiter egit
 10 Per bis quinque dies et iunctas ordine noctes.
 Et iam stellarum sublime coëgerat agmen
 Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros
 Rex vēnit et iuveni Silenum reddit alumno.
 Huic deus optandi gratum, sed inutile fecit
 15 Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
 Ille, male usurus donis, ait: 'Effice, quidquid

99. *vanus*, trügerisch, *non vani* 'glaubwürdige'; *non est, cur* 'es ist kein Grund, weshalb'. — 101. *Serta*, die als Weihgeschenke aufgehängt waren. — 102. *cura deūm* (= *deorum*) so viel wie: *ii, qui dis curae sunt* 'die Lieblinge der Götter'; *coluere, eos*.

18, 1. *Pactōlos* (h. mit griech. Endung des acc. sing.), Fluß in Lydien, der Goldsand mit sich führte; *quamvis* mit Indik. wie bei Dicht. oft. — 2. *caris* = *pretiosus*; *invidiosus* 'Neid erregend'. — 3. *cohors* h. 'Gefolge'; *Bacchae* 'die Bachantinnen', Weiber, die den Bacchus auf seinen Zügen begleiteten und in wilder Raserei dessen Feste (*orgia*) feierten. — 4. *Silēnus*, als Erzieher u. regelmäßiger Begleiter des Gottes hätte er müssen dabei sein. — 5. *coronis*, mit Laub- oder Blumenwinden, also in scherzhaftem Aufzuge. — 6. *Midas* (griech. Akk. *Midān*) König von Phrygien, Sohn der Göttin Kybēle, die auf dem phryg. Berge Berekyntos verehrt ward: desh. heißt er Vs. 20 *Bere-*

cyntius heros. — *Orpheus*, berühmter Sänger des frühesten Altertums: ihn begleitete sein Schüler *Eumolpos* aus Athen (*Cecropius*). Verb. *cui cum* ('zugleich mit') *Cecr. Eumolpo*. — 7. *tradere* h. 'einweihen in . . .'; beachte den Hiatus und spond. Ausgang. — 8. *Qui, Midas; simul* = *simulatque; sacrorum, Bacchi*. — 9. *adventu*, abl. causae. — 10. *bis quinque* f. *bis quinos; iunctas, diebus; ordine* 'der Reihe nach, hintereinander'. — 11. *agmen cogere*, militär. Ausdruck, 'den Zug schließen'. — 12. *Lucifer*, der Morgenstern, der am Morgen zuletzt verschwindet; *undecimus* nicht 'der elfte', sond. adverb. zu übersetzen. — 13. *iuveni* (h. Adj.) *alumno*, dh. Baccho; wer ist also nachher *altor*? — 14. *Huic, regi; verb. arbitrium gratum, sed inutile optandi muneris; inutilis* h., wie oft, nicht unnütz, sondern 'schädlich'. — 16. *male usurus*, das part. fut. drückt hier die Bestimmung des Schicksals aus, 'der einen üblen Gebrauch machen sollte';

- Corpore contigero, fulvum vertatur in aurum!¹
 Adnuat optatis nocituraque munera solvit
 Liber, et indoluit, quod non meliora petisset.
- 20 Laetus abit gaudetque malo Berecyntius heros
 Pollicitique fidem tangendo singula temptat.
 Vixque sibi credens non altā fronde virentem
 Ilice detraxit virgam: virga aurea facta est.
 Tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro.
- 25 Contigit et glaebam: contactu glaeba potenti
 Massa fit. Arentes Cereris decerpsit aristas:
 Aurea messis erat. Demptum tenet arbore pomum:
 Hesperidas donasse putes. Si postibus altis
 Admovit digitos, postes radiare videntur.
- 30 Ille etiam liquidis palmas ubi laverat undis,
 Unda fluens palmis Danaën eludere posset.
 Vix spes ipse suas animo capit, aurea fingens
 Omnia. Gaudenti mensas posuere ministri
 Exstructas dapibus nec tostae frugis egentes.
- 35 Tum vero, sive ille suā Cerealia dextrā
 Munera contigerat, Cerealia dona rigeabant;
 Sive dapes avido convellere dente parabat,
 Lamina fulva dapes admoto dente premebat.
 Miscuerat puris auctorem muneris undis:
- 40 Fusile per rictūs aurum fluitare videres.
 Attonitus novitate mali, divesque miserque,

ähnl. Vs. 18 *nocitura*; zu *donis* s. A. B. 3 u. übers. 'reiche Gabe'. — 17. *vertatur*, der bloße Konj. nach *effice*, wie sonst nach *fac*. — 18. *solvit* 'löst ein', gleichsam als eine Schuld, da er die Gewährung versprochen hatte. — 19. *petisset*, Midas.

20. *malum* etwa 'Unglücksgabe'; *heros*, Ehrenname der Abkömmlinge v. Göttern. — 21. *polliciti fidem* 'die Zuverlässigkeit des Versprechens'. — 22. *sibi*, dh. der ihm verliehenen Kraft; ordne: *ilice non altā* (s. A. B. 5) *detraxit virgam fronde virentem* u. betone *fronde* im Ggs. zu *aurea*. — 24. *palluit* nicht von *palleo*! — 25. *Contigit* persönlich; *et* 'auch'. — 26. *massa* h. 'ein Goldklumpen'. — 27. Ordne: *pomum arbore* (A. B. 5) *demptum*. — 28. *Hesperidās* (acc. plur. mit griech. Endung), die Töchter des Atlas, die in ihren Gärten goldene Äpfel bewahrten; *putes*, coniunct. potentialis 'man . . .' — 29. *videntur* passiv. — 31. *fluens*

palmis (A. B. 5) 'von den Händen abfließend'; *Danaë* (griech. Akk. -*ēn*), die Mutter des Perseus, zu welcher Jupiter in Gestalt eines goldenen Regens kam, als sie von ihrem Vater Akrisios in einem ehernen Turme gefangen gehalten wurde; *posset*, im D. 'hätte können'. — 32. *vix animo capit*, dh. er kann sich kaum ein Bild davon machen; *fingens* 'sich (in seiner Phantasie) vorstellend'. — 34. *Exstructas* 'vollgehäuft'; *tostae frugis*, dh. Brot, denn in der ältesten Zeit wurden die zum Brotbacken bestimmten Getreidekörner, ehe sie zerstampft wurden, gedörrt. — 35. *sive . . . sive* h. 'wenn etwa . . . oder wenn'. — 36. *rigeabant*, indem auch sie zu Gold wurden. — 38. *premere* 'bedecken, überziehen'. — 39. *auctorem muneris*, dh. Bacchum = *vinum*. — 40. *videres*, coniunct. pot., im D. 'man konnte sehen (merken)'.

41. *que . . . que* dient h. zur Bezeichnung der Gleichzeitigkeit vor-

- Effugere optat opes et, quae modo voverat, odit.
Copia nulla famem relevat; sitis arida guttur
Urit, et invisio meritus torquetur ab auro;
- 45 Ad caelumque manus et splendida bracchia tollens:
'Da veniam, Lenæe pater, peccavimus!' inquit;
'Sed miserere, precor, speciosoque eripe damno!'
Mite deum numen: Bacchus peccasse fatentem
Restituit pactique fide data munera solvit,
- 50 'Neve male optato maneat circumlitus auro,
Vade' ait 'ad magnis vicinum Sardibus amnem,
Perque iugum nitens labentibus obvius undis
Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus,
Spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit,
- 55 Subde caput, corpusque simul, simul elue crimen!'
Rex iussae succedit aquae. Vis aurea tinxit
Flumen et humano de corpore cessit in amnem.
Nunc quoque iam veteris percepto semine venae
Arva rigent auro madidis pallentia glaebis.
- 60 Ille, perosus opes, silvas et rura colebat
Panaque montanis habitantem semper in antris;
Pingue sed ingenium mansit, nocituraque, ut ante,
Rursus erant domino stolidae praecordia mentis.
Nam freta prospiciens late riget arduus alto

handener Gegensätze, 'und doch zugleich'. — 42. *optare* c. inf. nur bei Dichtern. — 44. *meritus*, im D. Adv. 'verdientermaßen'; *ab auro*, die Qual kommt vom Golde her. — 45. *splendida*, selbst die Haut ist goldschimmernd zu denken: vgl. Vs. 50 *circumlitus auro*. — 46. *Lenæus*, Beinamen des Bacchus, 'der Kelterer'; *pater* ist häufiger Ehrenname der Götter. — 47. *specioso*, so viel wie *splendido*; *eripe*, me. — 48. *mite*, est; *deum* (= *deorum*) *numen* dient oft als Umschreibung für die Gottheit; *peccasse* ohne *se*, wie oft beim Dichter. — 49. *Restituit* usw. 'versetzt ihn wieder in den früheren Zustand und befreit das Versprechen (*data munera* wie 18) v. der Erfüllung (*fide* wie 21), die der Vertrag erforderte (*pacti*)', so daß das Versprechen nunmehr seine Kraft verliert. — 50. Ordne: *et ait*: *ne maneat* usw.; *male* 'zu deinem Unglück'. — 51. *Sardes*, Hauptstadt v. Lydien; *amnem*, den Paktolos, der von den Höhen des

Tmolos herabströmt. — 52. *per* 'über'; *nitens*, nicht *nitens*! — 54. *qua*, Adv. — *plurimus* 'in reichster Fülle'. — 55. *corpus* verb. mit *elue* ebenso wie mit *crimen* ('Schuld'). — 56. *iussae*, im D. 'wie befohlen'; *Vis aurea*, dh. die Gold erzeugende Kraft. — 58. *semen veteris venae* (dh. der Goldader) ist der Goldsand. — 59. Verb. *pallentia glaebis auro madidis* ('golddurchtränkt').

60. *colebat* gehört auch zu *Pana* (griech. acc. sing.), verlangt aber für dieses Objekt eine andere Übersetzung; *Pan* war der Hirtengott. — 62. *Pingue* ('schwerfällig, stumpf') *sed* = *Sed pingue*. — 63. *praecordia* 'das Zwerchfell' galt in der ältesten Zeit als Sitz des Empfindens u. Denkens: *stolidae mentis* ist gen. qual.; übers. 'das Herz mit seinen törichten Gedanken'. — 64. *Nam* 'nämlich' knüpft die folg. Erzählung als eine Erläuterung an das Urteil über Midas; *late* verb. mit *prospiciens*; (*arduus*) *alto in asc.* 'auf der hochansteigenden Seite', im

- 65 Tmolus in ascensu, clivoque extensus utroque
Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis.
Pan ibi dum tenēris iactat sua carmina nymphis
Et leve cerata modulatur harundine carmen,
Ausus Apollineos prae se contemnere cantūs
- 70 Iudice sub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte suo senior iudex consedit et aures
Liberat arboribus; quercu coma caerulea tantum
Cingitur, et pendent circum cava tempora glandes.
Isque deum pecoris spectans 'In iudice' dixit
- 75 'Nulla mora est.' Calamis agrestibus insonat ille
Barbaricoque Midān — aderat nam forte canenti —
Carmine delenit. Post hunc sacer ora retorsit
Tmolus ad os Phoebi; vultum sua silva secuta est.
Ille caput flavum lauro Parnaside vinctus
- 80 Verrit humum Tyrio saturatā murice pallā,
Instrictamque fidem gemmis et dentibus Indis
Sustinet a laeva, tenuit manus altera plectrum.
Artificis status ipse fuit. Tum stamina docto
Pollice sollicitat; quorum dulcedine captus
- 85 Pana iubet Tmolus citharae submittere cannas.
Iudicium sanctique placet sententia montis
Omnibus: arguitur tamen atque iniusta vocatur

Ggs. zu *clivo* (*extensus*) *utroque* 'an seinen beiden seitlichen Abhängen'. — 65. *Tmolus*, Berg in Lydien. — 66. *Hypaepa*, kleine Stadt desselben Landes. — 67. *iactat*, dh. er rühmt sie mit prahlenden Worten. — 68. *levis* 'unbedeutend'; *cerata*, weil die Rohre (*harundo*) durch Wachs miteinander verbunden waren. — 69. *Ausus* (auf *Pan* zu beziehen) löse durch 'und' auf; *prae se* 'im Vergleich mit sich', dh. mit seinen Liedern. — 70. *Iudice sub Tmolo* 'vor dem Schiedsgerichte des Tmolus', der hier als Berggott aufzufassen ist; *certamen impar*, näml. mit Apollo, der doch der Gott der Musik war. — 71. Zu *Monte suo* s. A. B. 5; *senior* = *senex*; *aures liberat arboribus*, weshalb? Der Dichter überträgt das bewaldete Berghaupt auch auf den Gott. — 72. *quercu tantum* 'nur mit Eichenlaub'; *coma caerulea*, wegen des bläul. Duftes, der auf fernen Bergen ruht. — 74. *deum pecoris*, den Pan; *In iudice nulla mora est* 'der Richter ist

bereit', wörtlich? — 76. *Barbarico carmine*, Pan, h. als phryg. Gott, stimmt auch ein phryg., also fremdländisches Lied an; *canere* h. 'blasen'. — 77. *carmen* 'Melodie'; *delenit* 'bezaubert'; *Post hunc f.* Post huius cantum. — 78. *vultum sua silva secuta est* 'dem Blicke folgte sein (dh. der das Haupt krönende) Wald'. — 79. *vinctus caput*, acc. limit. (s. A. B. 4); *laurus Parnasis*, vom Berge Parnaß in Phokis, der dem Apollo u. den Musen heilig war. — 80. Ordne: *pallā murice T. saturatā*. — 81. *Instrictam*, die Saiten (*fidem* kollekt. Sing. 'das Saitenspiel') sind zwischen Edelsteinen u. Elfenbein (*dentes Indi*) gespannt, indem sie etwa unten mit Steinen, oben an elfenbeinernen Wirbeln befestigt waren. — 82. *a laevā* (parte) bloß 'links'. — 83. *Artificis status ipse fuit* 'schon die Stellung war die eines Künstlers'; *stamina* h. 'die Saiten'; *doctus* 'kunstgeübt'. — 85. *submittere* 'unterordnen'. — 86. *que* gehört zu *sententia*.

- Unius sermone Midae. Nec Delius aures
 Humanam stolidas patitur retinere figuram,
 90 Sed trahit in spatium villisque albertibus implet
 Instabilesque imas facit et dat posse moveri.
 Cetera sunt hominis: partem damnatur in unam
 Induiturque aures lente gradientis aselli.
 Ille quidem celare cupit, turpisque pudore
 95 Tempora purpureis temptat velare tiaris;
 Sed solitus longos ferro resecare capillos
 Viderat hoc famulus. Qui cum nec prodere visum
 Dedecus auderet, cupiens efferre sub auras,
 Nec posset reticere tamen, secedit humumque
 100 Effodit et, domini quales aspexerit aures,
 Voce refert parva terraeque immurmurat haustae,
 Indiciumque suae vocis tellure regestā
 Obruit et scrobibus tacitus discedit opertis.
 Creber harundinibus tremulis ibi surgere lucus
 105 Coepit et, ut primum pleno maturuit anno,
 Prodidit agricolam. Leni nam motus ab austro
 Obruta verba refert dominique coarguit aures.

19. Cacus. Faeti I 543 ff.

- Ecce, boves illuc Erythēidas applicat heros
 Emensus longi claviger orbis iter.
 Dumque huic hospitium domus est Tegeaea, vagantur
 Incustoditae laeta per arva boves.
 5 Mane erat: excussus somno Tirynthius actor
 De numero tauros sentit abesse duos.

— 88. *Nec* 'aber nicht'; *Delius*, näml. Apollo. — 90. *in spatium* 'in die Länge'; *villis* von *villus*. — 91. *imas* 'unten'; *posse moveri*, Obj. 'die Fähigkeit sich zu bewegen'. — 92. *Cetera* 'die übrige Erscheinung'; *partem in unam* 'nur in Hinsicht auf den einen Teil'. — 93. *Induitur aures*, er bekleidet, dh. er 'schmückt sich' damit.

94. *celare*, aures; *pudor*, der Ggstd. der Scham, 'die Entstellung'. — 97. *hoc*, Midam aures asini habere. — 98. *cupiens* löse mit 'wie sehr auch' auf; *efferre sub auras* 'an die Öffentlichkeit bringen'. — 101. *parvus* h. 'leise'; *terrae haustae*, dh. in die Höhlung, die durch das Herausnehmen von Erde entstanden war. — 102. *regestā*, in scrobem. — 106. *agricolam* 'den Säemann', scherz-

haft, da er das Geheimnis gleichsam in die Erde gesät hatte. — 107. *coarguit* 'gibt (deutliche) Kunde von ...'

19, 1. *illuc*, nach Latium. Herkules (*heros claviger*) treibt (*applicat*) die Rinder, die er dem Riesen Geryōnes auf der Insel Erythēa (westlich von Spanien; *Erythēidas* mit griech. Endung) entführt hat, nach Latium. Hier findet er bei Euander, der aus Arkadien in Latium eingewandert war u. sich am palatinischen Hügel niedergelassen hatte, gastl. Aufnahme — 2. *longi orbis iter* 'den Weg über den weiten Erdkreis'. — 3. *domus Tegeaea*, das Haus des Euander, nach dessen Heimatstadt *Tegea* in Arkadien benannt. — 5. *Tirynthius*, Beiname des Herkules von der Stadt Tiryns

- Nulla videt quaerens taciti vestigia furti:
 Traxerat aversos Cacus in antra feros,
 Cacus, Aventinae timor atque infamia silvae,
 10 Non leve finitimis hospitibusque malum;
 Dira viro facies, vires pro corpore, corpus
 Grande — pater monstri Mulciber huius erat —,
 Proque domo longis spelunca recessibus ingens,
 Abdita, vix ipsis invenienda feris.
 15 Ora super postes affixaque brachia pendent,
 Squalidaque humanis ossibus albet humus.
 Servatā male parte boum Iove natus abibat:
 Mugitum rauco furta dedere sono.
 'Accipio revocamen' ait, vocemque secutus
 20 Impia per silvas victor ad antra venit.
 Ille aditum fracti praestruxerat obice montis:
 Vix iuga movissent quinque bis illud opus.
 Nititur hic umeris — caelum quoque sederat illis —
 Et vastum motu collabefactat onus.
 25 Quod simul eversum est, fragor aethera terruit ipsum,
 Ictaque subsedit pondere molis humus.
 Prima movet Cacus collatā proelia dextrā
 Remque ferox saxis stipitibusque gerit.
 Quis ubi nil agitur, patrias male fortis ad artes
 30 Confugit et flammās ore sonante vomit.
 Quas quotiens proflat, spirare Typhōea credas
 Et rapidum Aetnae fulgur ab igne iaci.

in Argolis, wo er erzogen worden war; *actor*, boum. — 8. *aversos* 'rückwärts', beim Schwanz; warum? Zu *antra* s. A. B. 3; *feri* h. Rinder, wegen ihrer gewaltigen Größe. — 9. *Aventinae*, der aventinische Hügel liegt dem palatinischen gegenüber; *timor atque infamia* 'der . . . gefürchtet und berüchtigt machte'. — 11. *facies*, erat; *pro* 'entsprechend'. — 12. *Mulciber*, Beiname des Vulcanus. — 13. *longis recessibus*, abl. qual.; die Höhle ging also tief hinein. — 14. *inveniēda* 'auffindbar'. — 15. *Ora* h. 'Schädel'. — 17. *Servatā male* = amissā; *Iove natus* (A. B. 5), Herkules; *abibat*, impf. conatus, 'wollte schon weggehen': in Prosa würde vor Vs. 18 *oum* (inversum) stehen. — 18. *furta* 'die Gestohlenen'. — 19. *Accipio revocamen* 'ich fasse dies als einen Rückruf auf' u. freue mich dessen: wie man sagt *omen accipere*. — 20. *Impia*, weil darin

der schamlose Dieb hauste; *victor* h. 'der Siegreiche', der bis dahin überall Sieger geblieben war. — 21. Verb. *obice* (sprich *objice*) *fracti montis*, dh. mit einem abgebrochenen Felsstücke als Vormauer. — 22. *iuga*, boum; *bis quinque* dichterisch für *bis quina*. — 23. *caelum sederat illis* (A. B. 5), Herkules hatte den Himmel auf seine Schultern genommen, während Atlas ihm die Äpfel der Hesperiden holte. — 24. *motus* h. 'Ruck'. — 25. *simul* = *simulatque*; *aethera*, acc. sing. mit griech. Endung. — 26. *subsedit* 'sank ein'. — 27. *Prima* 'zuerst'; *collatā dextrā* = *manu collatā* 'indem er handgemein wurd.', dh. mit Faustschlägen. — 28. *Rem gerit* = *pugnat*. — 29. *Quis*, alte Form für *quibus*; *male fortis* (wie oben Vs. 17 *male servatus*) 'feig'; *patrias*, Vulcanus war Gott des Feuers. — 31. *credas*, coniunct. pot. 'man . . .'; *Typhōea*,

- Occupat Alcides, adductaque clava trinodis
 Ter quater adversi sedit in ore viri.
 35 Ille cadit mixtosque vomit cum sanguine fumos
 Et lato moriens pectore plangit humum.
 Immolat ex illis taurum tibi, Iuppiter, unum
 Victor, et Euandrum ruricolaeque vocat,
 Constituitque sibi, quae Maxima dicitur, aram
 40 Hic, ubi pars urbis de bove nomen habet.

20. Rettung des Romulus und Remus. Fasti II 383 ff.

- Silvia Vestalis caelestia semina partu
 Ediderat patruo regna tenente suo.
 Is iubet auferri parvos et in amne necari.
 Quid facis? ex istis Romulus alter erit!
 5 Iussa recusantes peragunt lacrimosa ministri.
 Flent tamen et geminos in loca iussa ferunt.
 Albula, quem Tiberim mersus Tiberinus in undis
 Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.
 Hic, ubi nunc fora sunt, lintres errare videres,
 10 Quaque iacent valles, Maxime Circe, tuae.
 Huc ubi venerunt — neque enim procedere possunt
 Longius —, ex illis unus et alter ait:
 'At quam sunt similes! at quam formosus uterque!
 Plus tamen ex illis iste vigoris habet.
 15 Si genus arguitur vultu, nisi fallit imago,
 Nescio quem vobis suspicer esse deum:

griech. Akk. v. *Typhoeus*: dieser, ein flammenspeiendes Ungeheuer, lag unter der Insel Sizilien begraben u. spie noch immer Feuer durch den Ätna. — 32. *fulgur* 'Feuerstrahl'. — 33. *Occupat* 'kommt zuvor', seinem Angriffe; *Alcides*, Herkules; *adducta*, zum Schlage erhoben od. geschwungen. — 34. *sedit* (von *sedeo*), wie im D. — 38. *vocat* 'lädt dazu ein'. — 39. Verb. *aram, quae* . . . — 40. *de bove nomen habet*, das forum boarium, der Rindermarkt, am Fuße des palatinischen Hügels.

20, 1. Die Vestalin Rhea Silvia, Tochtér des Numitor, war durch den Kriegsgott Mars (dah. *caelestia*) Mutter des Romulus u. Remus geworden; *semina* 'Sprößlinge'; *partu edere*, im D. ein Wort. — 2. *patruo*, Amulio; zu *regna* s. A. B. 3. — 4. *Quid facis?* Frage des Dichters an den patruus. — 5. *recusantes* 'nur mit Widerstreben'. — 6. *Flent tamen*

et ferunt = tamen flentes ferunt; *iussa* 'durch das Gebot bezeichnet'. — 7. Die *Albula* soll dadurch, daß *Tiberinus*, ein König von Alba, in ihren Fluten den Tod fand, den Namen *Tiberis* erhalten haben (*Tiberim reddidit* 'zum Tiber machte'). Das Relativpron. im Geschlecht des nachfolg. Subst. — 9. Zu *fora* u. *valles* (Vs. 10) s. A. B. 3; *videres*, conjunct. pot. 'man . . .' — 10. *Quaque* = et ubi; der *Circus Maximus* lag in dem Tale zwischen dem palatin. u. dem aventin. Hügel. — 13. Mit dem doppelten *at*, das an unser 'aber' in Ausrufen erinnert, wird auf *recusantes* (Vs. 5) zurückgewiesen. — 14. *iste*, dabei weist der Sprechende auf den kleinen Romulus. — 15. *arguitur* 'sich kundgibt'; *nisi fallit imago* ('die äußere Erscheinung') verb. beim Übers. mit *suspicer*. — 16. Ordne: *suspicer* (genus) *vobis esse nescio quem deum* 'so möchte ich

- At siquis vestrae deus esset originis auctor,
 In tam praecipiti tempore ferret opem.
 Ferret opem certe, si non ope mater egeret,
 20 Quae facta est uno mater et orba die.
 Nata simul, moritura simul, simul ite sub undas,
 Corpora! Desierat deposuitque sinu.
 Vagiērunt ambo pariter: sensisse putares.
 Hi redeunt udis in sua tecta genis.
 25 Sustinet impositos summā cavus alveus undā:
 Heu quantum fati parva tabella tulit!
 Alveus in limo, silvis appulsus opacis,
 Paulatim fluvio deficiente sedet.
 Arbor erat: remanent vestigia; quaeque vocatur
 30 Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.
 Venit ad expositos — mirum! — lupa feta gemellos:
 Quis credat pueris non nocuisse feram?
 Non nocuisse parum est: prodest quoque. Quos lupa
 Perdere cognatae sustinuerē manūs! [nutrit,
 35 Constitit et cauda tenēris blanditur alumnis
 Et fingit linguā corpora bina suā.
